UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Iter Coeli, Siuè Exercitia Spiritualia, Quibus Itur ad Cœlum. Pars Prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

# ITER COELI,

*Sivè*

Exercitia Spiritualia,

*Quibus*

ITVR AD COELVM.

*PARS PRIMA.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# THEOLOGIÆ MYSTICÆ

Sivè

Exercitiorum Spiritualium

ADMODUM REVERENDI PATRIS

# P. ALOYSII SIDEREI,

Collegii Soc. Jesu Paderbornae 1694.

Aliàs;

# VINCENTII CARAFFA SOCIETA-tis IESV Præpoſiti Generalis

## TOMVS PRIOR

COMPLECTENS

Iter ad cœlum in quatuor partitum

Semitas ſeù partes.

&

Faſciculum Myrrhæ,

*Ex Italico, Latino recenter idiomate Operâ & Studio*

Fideliſſimi cujuſdam Interpretis donatus.

✠

COLONIÆ AGRIPPINÆ

Sumptibus Viduæ & Hæredum JOANNIS GODOFRIDI

Schonvvetteri Anno 1660.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DEO TER OPT. MAX.

SACRATISSIMÆ AUGUSTISSIMÆQUE

VIRGINI DEIPARÆ

# MARIÆ

Bonæ voluntatis Dei erga mortales Prooemio. a
Portui naufragantium tutiſſimo. b
Chriſtianórum omnium
Patrocinio. c

## Auroræ.

Solis præviæ, & diei noctis neſciæ. d

## Balſamo

Mundum vniverſum opinionis optimæ redolentia inæſtimabiliter adimplenti. e

## Coadiutrici

Chriſti in Paſſione, & humani generis redemptione. f

## Diophtræ, perſpectivæ,

per quam
Sedentes in triſti vmbrâ peccatorum, recipientes Solem juſtitiæ, mirabiliter illuſtrati ſunt. g

## Evæ novæ. h

Virtutumque EXEMPLARI Vivido, i
Æterni Patris prædilectæ.

a Commemor. Græc. & Gloſſar. Raynaud. b Sanct. Ephrem in laud. B.V. c Germ. orat. de Præſ. Euthym orat. de Zona B. V. d Pet. Clunia. in proſa B.V. Innoc. 3. Serm. de Aſſumpt. e Hugo de S. Vict. Serm. 47.

f Richard. à S. Laur. lib. 2. pag. 104. g Andr. Hieroſol. orat. in Salut. Ang. Gloſſar. Raynaud, pag. 149. h Fulg. ſerm. de laud. B. V, i Joan. Geo, hym. 3. de B. V.

a Laur. Juſt. Ser. de Nat. B. V.
b Pet. Dam. Serm. 2. de Nat. B. V.
c Sophrō. Hom. de Aſſump. Philip. Abb. lib. 4. in cant. cap. 25.
d Goffrid. vindon. ſerm. 8.
e Ebert. in deprec. ad B. V.
f Rup. lib. 1. in cant.
S. Aug. ſer. 6. de temp. Laur. Juſt. ſer. de Nat. B. V.
g Philip. Abb. lib. 1. in cant.
Joan. Geom. hym. 3. de B. V.
h Damaſc. orat. 1. de Nat. B. V. Proclus orat. de Nat. Dom. i Proclus orat. de Dom. Nat. Dom. k Joan Geom. hym. 1. de B. V.

Filiæ. a

Gazophylacio

Theſauri, quo de cruenti prædonis comparati ſumus ſervitio. b

Horto deliciarum,

in quo

Conſita ſunt vniverſa florum genera, & virtutum odoramenta. c

Univerſali Angelorum & Hominum

Imperatrici. d

Lampadi Lucentiſſimæ, e

Cujus ſplendore inventa eſt drachma perdita. e

Magiſtræ Magiſtrorum,

Gentium, Apoſtolorum, Virtutum, Religionis ac fidei f

Nutritoris omnium

Nutrici. g

Miraculorum, vnitatumque inter ſe Naturarum.

Officinæ. h

Ponti,

per quem

Deus deſcendit ad hominem, & homo aſcendit ad Deum. i

Quadrigæ Eliæ

Virtutibus trahentibus concitæ. k

# Roſæ

Ex ſpinis Judaicis ortæ,
Quæ Divinâ fragrantiâ perfundit omnia, [a]

## Soli myſtico. [b]

## Speculo

Sanctitatis perlucido. [c]

## Theſauro

Diſpenſationis planè arcano. [d]
Gratiarumque Dei

## Theſaurariæ. [e]

## Virginum Virgini,

Ab ipſo Conceptionis ſuæ exordio, [f]
ac deinceps
Ante partum, in partu, & poſt partum
Semper immaculatæ, ſemper illibatæ,
Nec primam ſimilem viſæ, nec habere
ſequentem.

[a] Dam. orat. de Nat. B.V. Hugo de S. Vict. ſerm. 65. [b] Philip. Abb. lib. 6. in cant. Richar. à S. Laur. lib. 7. [c] Laur. Juſt. ſerm. de Nat. B.V. [d] Ephiphan. orat. de laud. Deip. [e] Raym. Jordan. in prologo. [f] Rup. lib. 1. in cant. poſt Sedulium. Guerr. ſerm. 1. de Annunc.

---

CASTISSIMO ATQUE INTEGERRIMO
VIRGINIS DEIPARÆ
SPONSO,

# S. IOSEPHO

Patriarcharum Principi.
CHRISTI
In terris Angelo tutelari & Nutritio,
Nec non
Nutricis Coadjutori
Fidelisſimo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duobus item Cherubinis propitiatorium tegentibus,

Seque & illud mutuò reſpicientibus,

# SS. IGNATIO
# &
# FRANCISCO XAVERIO.

Inclytæ Societatis JESU Patriarchæ & Fundatori.
Gratiſſimo virtutum omnium Incenſo.
Nominis Divini Hæredi.
Alabaſtro charitatis effuſo.
Triumphantis Eccleſiæ Civi & Incolæ.
Iubari nitidiſſimo Eccleſiæ militantis.
Orci, Hæreſium, vitiorumq; debellatori ſtrenuiſſimo.

NEC NON

Facundiſſimo Indiarum Apoſtolo.
Religionis; fideique Catholicæ Propagatori.
Amore Martyrii ardentiſſimo.
Nuncio Evangelicæ pacis.
Chinenſis Eccleſiæ Prodromo.
Iapponenſium Paulo.
Secundo Vaſi electionis portanti nomen JESU coram gentibus.
Chriſtianæ doctrinæ virtutumque Propugnaculo.
Olympi Senatori Laureato.

Pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Proloquium Interpretis

## Ad

## Candidum ac benevolum Lectorem,

ALterum, en Lector benevole, exhibeo Angelum itineris ac peregrinationis tuæ ducem & comitem, naturâ diſparem, officio parem, vitæque ſanctitate non multum abſimilem ei, qui ab ortu nativitatis in cuſtodiam tui deputatus eſt. Enimverò nulla eſt pars itineris cœleſtis, tractatus nullus, in quo non ritè recteque munere fungatur Angelico, illuminat, inſtruit, docet, *Fidem, Miſericordiam, Iuſtitiam, Caſtitatem. His enim itineribus*, inquit S. Ambroſius ſerm. 74. *pervenitur ad ſalutem.* Et ut loquar cum Gerſone, *aſtat, fulget, pulſat, jubet, ſolvit, educit, liberat*, in eum denique collimat ſcopum, ut te benevolum Lectorem ſalvum, ſanum, incolumem dotibusque cæleſtibus prædivitem, æternique ſponſalitij nexu copulatum jungat cæleſti patriæ. Officio offero parem Angelo Tobiæ junioris duci & ſocio, quod enim is *corde piſcis accenſo*, abegerit Aſmodæum, id Author, ut ſollicitus itineris tui comes præſtat quartâ parte itineris cœli, doctiſſime exponendo, quâ ratione *Corde Chriſti in Cruce aſſato fugatus ſit diabolus, & per amaritudinem fellis illuminatus ſit Mundus.* Attentâ lectione ſingulos percurre tractatus, & poſt cujuslibet decurſum cum Apoſtolorum

Tract. ſup. mag.

S. Aug. Serm. 4. de SS. Petro & Paulo.

principe quaſi à ſomno excitatus, & è tenebricoſo eductus ergaſtulo exclamare cogeris. *Nunc ſcio verè, quia miſit Deus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis*, nempe diaboli, *& de omni exſpectatione plebis Iudaorum*, id eſt, ſociorum. Hinc eſt quod nullum ferè in Vrbe ſeu potius Orbe Romano religioſarum præſertim Virginum extet Cœnobium, ubi cum perfectâ obſervantiâ non vigeat quoque venerabilis hujus Authoris lectio. Quod ſi teſte Sidon. mens pateat in libro, ſicut vultus in ſpeculo, & ex ungue liceat dignoſcere leonem, facilè perſpicies eximiam vitæ ejus ſanctimoniam, zelumque animarum, quem paſſim comprobant ipſius opera, quæ quamvis doctiſſimè fuerint compoſita, & in doctrinâ D. Thomæ & SS. PP: majori ex parte fundata, ut non immerito Typographi Itali pro eorundem impreſſione certatim ſupplicarint; nihilòminus devotiſſimus Author, uti ſui contemptus erat ſtudioſiſſimus, ita &, quæcunque compoſuerat, viliſſima & vix typo digna exiſtimabat: unde magnâ cum difficultate è manibus ejus extorqueri potuerunt, quæ alias lucem jamdudum aſpexiſſent.

Porrò non eandem partium itineris ad cœlum ſervavi methodum & ordinem; quartam enim partem, quæ agebat de virtutibus tum in genere, tum in ſpecie, ſubrogavi in locum tertiæ, tertiam verò pertractantem de Chriſti Redemptione, de Sacramento Euchariſtiæ & Sacrificio Miſſæ in locum quartæ, ut ſic quatuor itineris cœli partes, ac proindè hæc Theologia myſtica toti Summæ D. Thomæ veluti ſuo fundamen-

damen-

damento & baſi correſponderet. Nec temerè credas velim id factum, idem namque conſilium priùs proponere volui Authoris hujus digniſſimo Succeſſori, moderno, inquam, ejuſdem celeberrimæ ac nunquam ſatis laudatæ Societatis Præpoſito Generali, qui ut legitimum approbaret hunc ordinem, me dignatus eſt reſponſo ſequentis tenoris.

Admodum Reverende Pater.

*Mitto P. Veſtræ petitum libellum* (hic unicus deſiderabatur) *qui eſt inſcriptus la ſeconda parte del Camino del cielo ſub nomine P. Aloyſii Siderei, & opto ut quem fructum ſe percepiſſe ſignificat P. Veſtra ex aliis opuſculis ejusdem Authoris, ex hoc etiam percipiat. Quod verò velit transferre hæc opuſcula in linguam latinam, laudo pium conſilium aſſumendi laborem ceſſurum in multorum utilitatem. In titulo communi, quem conſtituit præfigere, nihil occurrit, quod addendum aut tollendum videatur. De ordine partium inter ſe poteſt P. Veſtra liberrimè ſtatuere. Is, quem proponit, non eſt incongruus. Divina Bonitas impertiat P. Veſtram cumulatiſſima donis cœleſtibus benedictione, & ipſa retineat quaſo conſtantem memoriam mei in SS. ſuis Sacrificiis atque precibus.*

*Romæ* 12. *May.* 1657.

P. *Veſtræ.*

*Servus in Christo*

G. *Nickel.*

Cæterum innumeram errorum mendarumque, quæ ex ſolitâ Typographi negligentiâ & incuriâ irrepſere, ut vidi multitudinem enormitatemque, haud exiguo animus meus amarore tactus fuit, & eò magis, quò ampliùs non dabatur correctioni ſeu emendationi locus. Eſto mihi non incumberet correctoris officium, id tamen lubens præſtitiſſem, nihil aliud juſſiſſet obedientia. Qualis cruciatus & tormentum, videre fœtum innumeris dirisque plagis ſaucium, ſed incurabilem! Tantisper nihilominus temperat hunc amarorem ordinarius mundi hujus curſus, qui talis eſt, ut, quò res longiùs à ſuo recedunt principio & origine, eó magis etiam à ſuâ primitivâ ſibique ingenitâ abſtrahantur perfectione: Vina optima ad remotiores provincias è loco ſuo nativo deducta paulatim corrumpuntur vel nautarum malitiâ, ſeu incuriâ, vel aeris intemperie: monetæ aureæ argenteæque quamprimum è manibus monetarij elabuntur integræ, circumciduntur à manibus aliàs circumciſioni perperam addictis, ſuoque valore unà cum pondere orbantur, deſtituuntur: agri ſummo etiam labore & induſtriâ primitus exculti urticas ſucceſſu temporis proferunt & lolia; ideoque niſi continuam agricola adhibeat curam, innumera in iiſdem ſuccreſcunt zizania; Hinc Virgilius Georg. 2. *Redit agricolis labor actus in orbem.* Aquæ fontanæ terræ, quam allunt ſucceſſive imbibunt ſaporem, fontis ſui, è quo originantur, virtutem ſaporemque ſenſim exhalantes: Denique *qui in Solem venit*, inquit Seneca Epiſt. 108. *licet non in*

*hoc*

*hoc venerit, colorabitur: qui in unguentaria ſederunt, & paulò diutius commorati ſunt, odorem ſecum loci ferunt.*
Perpulchre totum hunc rerum ſtatum exprimebat celebris illa Nabuchodonoſoris ſtatua, cujus caput erat ex auro optimo, pectus & brachia argentea, venter & fœmora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum pars alia ferrea, alia fictilis. Et verò appoſitè hæc ſtatua repræſentabat hominum literatorum opera: cum enim à ſuo primario Authore prodeunt ſummâ cum induſtria elaborata, bene elimata, verè aurea ſunt, dum tranſeunt ad brachia interpretum, fiunt nonnunquam argentea; quamprimum verò typo typographorumque ſubjiciuntur ruditati & poteſtati, nativa ſua auri argentivè ſpoliantur ſpecie, ac ferream luteamque induere coguntur, ut propterea & Author, & Interpres juſtam conquerendi anſam habeat cum Propheta; *quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? filij inclyti & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli?* Melius hinc cum noſtro intellectu actum iri quorundam judicium eſt, ſi res ipſæ nobiſcum non per voces vicarias colloquerentur; aut ſaltem ſi more Angelico, vel omnia per ſpecies nobis innatas intelligeremus; at hujuſmodi vota hoc rerum ſtatu vana ſunt, & prorſus inefficacia. Dan. c. 2.

Non immerito tamen indignè fertur à pluribus prudentioribus, arguiturque ſingularis quidam impoſtor, nomine tenus religioſus (proprio parco nomini ob reverentiam ordini ſuo debitam) arguitur, inquam, non injuſtè veluti temerarius & arrogans Sycophanta, ob

inſigne, quod non ſemel dedit, temeritatis & arrogantię ſuæ teſtimoniũ, dum proprio poſthabito honore, & omni excuſſa religioſa modeſtia poteſtatem ſibi aſſumpſit aliena Interpretum opera cenſendi & damnandi, approbandi propria, perindè ac ſi authoritate Platonem apud Græcos, aut eloquentia Ciceronem inter Romanos æquaret. Sed dimittite eum
2.Reg. 16. cum Semei, ut maledicat, ſinite eum tricare & latrare, qui mordacis inſtar & degeneris canis latrare amat. Non enim, teſte D. Greg. in Ezech coloris derogatio eſt, ſed commendatio, ſi cœci de illo mentiantur & judicent falſum. Nec etiam Medici diffamatio, ſed commendatio eſt, ſi phreneticus ei maledicat; ſicut nec vineæ derogatio, ſed commendatio eſt, ſi odorem ejus ſerpentes & virulentæ viperæ ſufferre nequeat Nec denique lucis derogatio aut diffamatio eſt ſed commendatio, ſi eam fugiant veſpertiliones. Neque temerè omninò ſuſpicantur nonnulli, hunc calumniarum mercatorem in eandem navigaſſe cymba, in eundem collimaſſe portum, in quem quondam collimabat quidam alius Impoſtor invidus, ſed ridendus: qui ut alienarum ædium obſtaret venditioni, quoſdam lapides ſcabroſos, & malè compoſitos ab ædibus venalibus avulſos emptoribus obtulit, & in ſpeciem circumtulit, quo aſtu ad propriæ domus venditionem emptores allectum iri ſperabat. Aut fortaſſis ſuæ editioni ſatis tenui adhuc deerant aliquot folia, quibus feras arundinis (Sic cum Auguſtino in pſal. 67. appellagim ſcripturientes malè feriatos) beſtialem ſapien-
pien-

pientiam non ad ſobrietatem ſapiendo, per calamos imprudenter, imò infœliciter ac exitialiter adhibitos illinere opus erat. Eum nihilominus exiſtimaverim nonnullo præmio & laude dignum: cum enim hujuſmodi delectetur ſtudio & officio addenſandi & coacervandi mendas & errata aliorum librorum, magno ſublevabit labore eos, quotquot deinceps ſua in lucem edituri ſunt opera. Quamobrem ſingulorum tractatuum errores & mendas, quæ omnes ad integrum ſufficerent conficiendum libellum, annotare nolui nè in hujus Cavillatoris meſſem, quam ſibi ſoli reſervare videtur, falcem meam mittam. Nec dubito. quin tibi, benevole lector, vel unicum hoc meum motivum, eſto non deſint alia, ſufficiat. Ne de tua quoque benevolentiâ & eruditione dubitare videar, ſic enixè te rogo, ſi pateris, & finio cum S. Bonaventurà libro ſuo confeſſionali ſequentes præfigente verſus.

*Sis mihi Corrector reſecando ſuperflua Lector,*
*Veraque digneris, quæ deſunt, jungere veris.*

Conſtitueram inſuper hoc poſtremo loco quorundam titulorum, quos R$^{mus}$ Author Beatiſſimæ Virgini ex SS. PP. attribuit, & poſt alios Hæreticos nonnulli Scioli in controverſiam recenter vocarunt, ſpecialem ponere expoſitionem ex R. P. Raynaudi Gloſſario depromendam, nimirum, quâ ratione Sanctiſſima Virgo dicatur *Mater gratiæ, Cauſa ſalutis noſtræ, &c.* Verùm id præſtabo alio commodiori loco, nem-

pe

pè in indice Secundæ partis itineris ad cœlum, quæ ſpecialiter tractat de exercitio devotionis erga SS. Deiparam, & varias ejuſdem exponit prærogativas & privilegia. Ad eùm igitur locum Lectori curioſo recurrendum erit.

## Ad Zoilum quendam celebrem.

NOva, en Zoilorum Magiſter, prodit verſio latina, non adultera, ſed innumeris ad nauſeam adulterata mendis In poſtremâ legis, quâ jubentur adulterini mulctari errores, executione evidens perverſi Judicis Schema dediſti duo namque patraſti peccata ſat enormia, & tali ac tanto viro, qualis videri exoptas, prorſus indigna. Primum eſt, ſaxis obruiſti innocentem & reum illæſum abire feciſti, incuſaſti Interpretem, excuſaſti Typographum, nimirum:

*Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas* invida. Alterum, præteriiſti Chriſti monitum: *Qui ſine peccato eſt* (ita præcipit ipſa Veritas) *mittat in illam lapides.* Juſtè rectèque juſtitiæ non modo Judicem; ſed etiam executorem egiſſes, ſi ſontem lapidaſſes, & tu ipſe eâdem labe reſperſus non prodijſſes; ſed tibi palpo, alijs Cato fuiſti, alijs medens, & ipſe vulneribus ſcatens; quid turpius, cum redarguit culpa cenſorem? Conſultiùs à longè ſtetiſſes tundendo pectus tuum cum Publicano, & dixiſſes: Deus propitius eſto mihi peccatori, quàm quod tacite teipſum cum ſuperbo Phariſæo jactaſſes: non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti, adulteri, velut hic Publicanus. Malo nodo ſimilis poterat quæri cuneus, ſed convitium convitio regere

eſt lutum luto purgare. Silere prorſus conſtitueram ſecutus monitum D. Chryſoſtomi: Si vis ulciſci, ſile, & funeſtam dediſti plagam. Monendus tamen eras, ne inſtar maligni Scribæ deinceps dilatares phylacteria tua, magnificares fimbrias cum tanto famæ proximi detrimẽto: ut ſcires falſis tuis impoſturis ſeu mendaciis nullum prudentem deceptum; ſed ea authori ſuo fuiſſe mentita; mendacia etenim, juxta oris aurei eloquium, ſi non habent, quem decipiant ipſa ſibi mentiuntur: ut denique exutis furioſi & degeneris canis moribus, mores & naturam indueres religioſi canis ardentem boni exempli facem ore geſtantis, qualem tua præ ſe ferunt inſignia.

## Liber impreſſus ad eundem Zoilum.

NUnquid, Zoile, bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum illiteratorum hominum? Cur contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam nominis tui, liberè ſiniſtrèque nimis debachando in alienos libros? Et ſtipulam ſiccam perſequeris, & conſumere me vis peccatis impreſſionis meæ? An quià figulus figulum odit, oculuſvè tuus nequam eſt, & livore invidiæ tabeſcit? Optimum en recipe & collyrium, quod Author meus 3. parte itineris cœleſtis ſuggerit ſuperbo ac invido homini ut efficaciſſimum: ſpernere nullum, ſpernere ſeſe, ſpernere ſperni. Tu primo, nec non ſecundo utere tibi apprimè neceſſario, eodemque invidiæ

ſuper-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuperbiæque tuæ peſſimo medere catarrho; poſtremum mihi reſervo & applicabo à te ſpretus. Vale.

## *Typographus Italus Lectori Italo S.*
## *Ad Lettore.*

LA negligenza d'ogni artefìcio ti farà ageuolmente conoſcere, che la preſente Operetta non nacque per comparir' in queſti tempi alla luce del publico, doue con tanta pompa, e tante gale ſi veggono tutto giorno vſcir' opere Italiane. E vaglia il vero, ſe s'attendeva il conſenſo dall' Autore, ſarebbe ſtata perpetuamente ſepolta, non auuedendoſi la modeſtia di lui, ch' vna tal' Opera più luce haurebbe recata, che riceuuta dalle ſtampe. Mà volle Iddio, che capitaſſe, non sò come, alle mani di perſona, la quale, accortaſi, ch' in pochi fogli erano colla breuità dello ſtile raccolti molti volumi, abbondante paſcolo di chi hà più fame di penſieri, che di parole; ſi riſolſe, coſì qual'era, di ſtamparla. Perdonarà l'Autore all' ardire di queſto fatto, e ſcuſerà il Zelo, di chi per publico bene commiſe il furto. Tu intanto, o Lettore, ti diſporrai ad intrare nel Cammino, che qui ti s'apre: e baſti per invitarti & allettarti, ch' egli è Cammino del Cielo.

## Facultas R.mi P. Præpoſiti Generalis.

*Mutius Vitelleſcus Societatis IESV Præpoſitus Generalis.*

CUM opuſculum, cui titulus eſt Faſcetto di Mirra, P. Aloyſii Siderei, noſtræ Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognoverint: facultatem concedimus, ut typis mandetur, ſi Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo D. Viceſgerenti, & R.mo P. Magiſtro Sacri Palatii videbitur. In quorum fidem has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ Kalendis Januarii 1638.

MUTIUS VITELLESCUS
*Loco † Sigilli.*

---

## Facultas R.R. PP. Provincialium.

CUM Opuſcula, quibus titulus eſt Camino del Cielo, P. Aloyſii Siderei noſtræ Societatis tres ejuſdem Societatis Theologi, quibus commiſſa fuerunt, recognoverint, ac in lucem edi poſſe probaverint, facultate nobis factâ ab Adm. R. P. N. Mutio Vitelleſco Præpoſito Generali facultatem concedimus, ut typis mandentur, ſi iis videbitur; ad quos editio ſpectat. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas & ſigillo noſtro munitas dedimus. Neapoli 3. Octob. 1639. 25. Novembris 1642.

HIERONIMUS MARCHESIUS *Soc. IESV in Prov. Neapolitana Provincialis.*

NICOLAUS BERZETTUS *Soc. IESV in Provincia Neapolitana Provincialis.*

---

PER commiſſione del R.mo P. Fr. Nicolò Riccardi Maeſtro del Sacro Palazzo, hò letto il Faſcetto di Mirra del P. Luigi Sidereo della Compagnia di Gieſù: e non v'hò ritrovato coſa alcuna contraria alla ſanta Fede, ò à buoni coſtumi. Anzi mi è parſo vn'Faſcetto di fini ſentimenti & affetti delle tre vie, Purgativa, Illuminativa, & Vnitiva, contenuti nella Sacra Scrittura e Santi Padri: & atti ad illuminare ed infiammare di Amor Divino gli animi de' divoti letteri. Nel collegio Romano.

17. Gennaro. 1638.

*Gio. Battiſta Roſſi della Compagnia di Gieſu.*

††　*Impri-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Imprimatur.*

Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædic.

*Imprimatur.*

Fr. Vincentius Fanus Mag. & Soc. R.mi P. F. Vincentii Candidi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædicat.

*Iterùm Imprimatur.*

Fr. Raymundus Capiſuccus Mag. & Soc. Reverendiſ. P. F. Vincentii Candidi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

## CENSURA ORDINARII.

NOn vulgari ſpiritus complacentia evolvi opuſcula ſpiritualia in duos Tomos partita, quibus titulus: THEOLOGIA MYSTICA, ſive EXERCITIA SPIRITUALIA. Primum ab A. R. P. Aloyſio Sidereo Societatis JESU, aliàs à R.mo P. Vincentio Caraffa Italicè compoſita, nunc per interpretem fidelem Latina loqui juſſa; Quæ ſicut doctrinæ ſanæ aut bonis moribus nihil repugnans offerunt, ſic obvium animæ Chriſtianæ ſubminiſtrant pabulum, cujus præſidio per ſteriles mundi Regiones religioſus Viator & peregrinus ultimam metam apprehendit: devoto namque inſtructus eſt calamo, atque ab illius ingenio fœcundato, qui Societatis JESU Præpoſitus, Prædeceſſoris ſui S. P. Ignatii ſpiritum ſuſcitare contendit, Hinc luce & latinâ linguâ digniſſima typis edi concedo. Coloniæ 3. Apr. 1660.

*Adrianus de VValenburch Metrop. Eccle. Colon. Presb. Can. & Cenſor Libr. Ordin.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# EXERCITIUM PRIMUM

## *Divinæ Præſentiæ.*

VAriis modis Divina præſentia conſideranda venit: Undè triplex poteſt aſſignari & diſtingui præſentia Dei: prima eſſentialis, ratione Immenſitatis Divinæ: ſecunda habitualis, ratione habitus gratiæ: tertia actualis, ratione actualis unionis cum Deo, quæ fit mediante cognitione & amore. Prima eſt communis omnibus, etiam peccatoribus. Secunda competit juſtis. Tertia iis Dei filiis propria eſt, *qui ſpiritu Dei aguntur*, & eſt, ut definit S. Bernardus, *Iugis Dei memoria, continua intelligentia, affectio indefeſſa.* Sive pro ut aſſerit Albertus Magnus, eſt perfecta quædam unio animæ cum Deo, in quâ *anima Deo imprimitur, ut cera ſigillo, & illuminatur ad cognoſcendum Deum, qui eſt prima Veritas: ad amandum Deum, qui eſt ſumma Bonitas: ad quieſcendum in Deo, qui eſt ſumma Fœlicitas.* Rom. 8 1. S. Bernar ad fratre Alb. Mag

Denique, ſecundum dilectum Diſcipulum, dulcis quædam converſatio eſt cum ſanctiſſimâ Trinitate, in quâ animæ eſſentia ſanctificatur Divinitatis præſentiâ: memoria præſentiâ Patris: intellectus præſentiâ Filij: voluntas præſentiâ Spiritus Sancti: undè anima tota eſt in Deo, & Deus totus in animâ. Ioan. cap.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Porrò primam & ſecundam præſentiam Dei ſuprà allegatam ſeponemus, acturi ſolùm de tertia, quò ad neceſſitatem, quò ad utilitatem, & quò ad modum eandem exercendi tàm in genere, quàm in ſpecie.

# CAP. I.

## *De Neceſſitate Præſentiæ Dei.*

QUàm neceſſaria ſit animæ actualis unio & vita præſentia Dei, efficaciter ex hoc ſolo motivo elicitur & probatur: quod absque eâ ſupernaturali gratiâ vitâ vivere nequeat anima; gratia ſiquidem dependet à præſentiâ Dei in eſſe, in operari & quò ad ultimum ſuum complementum & perfectionem

*Pſal. 83.* *S. Tho. 1.2. q. 12. art. 1.*

Primò dependet in eſſe, quià *Gratiam & gloriam dabit Dominus*, producendo illam (*Solus Deus poteſt Deificare communicando conſortium Divinæ Naturæ, ſicut ſolus ignis poteſt ignire*) præſervando & defendendo illam a ſuo destructivo, quod eſt peccatum; etenim ſine actuali auxilio Divinæ præſentiæ hoſtium noſtrorum tentationes vinci & ſuperari nequeunt: *Vndè ad non peccandum gratia Dei adjutorium eſt neceſſarium.*

*1.2, q. 109 art. 8. ex Aug.*

Secundò dependet etiam in operari: quià opera noſtra non poſſunt eſſe ordinis ſupernaturalis, & vitæ æternæ meritoria, niſi Deus præſentiâ ſuâ Divinos iisdem communicet influxus: *Vt caput influit in membra, & vitis in palmites*, veluti nos docet Concilium Tridentinum.

*Trid. ſeſſ. 6 cap. 16.*

Tertiò denique dependet in ſuâ perfectione: etenim quemadmodum alicui rei corporeæ, quò perfectè illuminetur; non ſufficit *intrinſeca diſpoſitio coloris*, verùm etiam requiritur *exterior claritas ſuperveniens*; pari ratione ad perfectionem animæ non eſt ſufficiens lumen habituale gratiæ, *ut nitor intrinſecus*; ſed etiam ſplendor actualis Divinæ præſentiæ illuminans & inſpirans, *quaſi fulgor exterior*, neceſſarius eſt.

*1.2. q. 89 art. 1.*

Neceſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Neceſſitas ergò Divinæ præſentiæ fundata eſt in neceſſitate gratiæ. Quantùm Divinam æſtimas gratiam, tantundem appretiaberis Divinam præſentiam.

In hanc neceſſitatem Sancti collimantes, mentisque dirigentes aciem, ſumma inſtantia commendarunt pium ſanctumque Divinæ præſentiæ exercitium. S. Petrus, ut refert S. Clemens Alexandrinus, docebat Chriſtianos *in omni loco Deum reſpicere.* S. Paulus ad Timotheum ait: *Exerce teipſum ad pietatem*, quæ nil aliud eſt, quàm Divina præſentia, uti declarat S. Bernardus. S. Baſilius quotieſcunque, quid ad ſalutem & perfectionem animæ conſequendam foret neceſſarium, interrogabatur, *hoc unum ad ſingula reſpondebat: Præſentia Dei.* S. Ignatius Martyr, hoc idem Heroni, ne peccaret, dedit conſilium: *Memento Dei, & non peccabis.* Eandem doctrinam S. Dorotheus Diſcipulo ſuo Doſitheo tradidit, & cum hac ſola quinque annorum ſpatio tantam hic attigit perfectionem, ut poſt mortem ſuam inter beatiores paradiſi incolas viſus fuerit cœleſti dotatus gloria non exigua.

*S. Clement Alex.*
*ad Tim. 1.*
*S. Bern. ad frat. de Mont. Dei.*
*S. Ignat. Mart.*
*S. Doroth.*

Verùm, quouſque virtutis hujus ſeſe extendat neceſſitas, videamus. Neceſſaria eſt Divina præſentia in omni loco, tempore & actione. In omni loco, in ipſo etiam Paradiſo, reſpondet S. Ambroſius. Propterea bono latroni dixit Chriſtus: *Hodie mecum eris in Paradiſo. Quorſum additur illud, Mecum? Quaſi diceret: Noli timere, ne & tu cadas de Paradiſo, ſicut cecidit Adam; ſed audi, Mecum eris, quo præſente cadere non poteris.* Eſt neceſſaria omni tempore, reſpondet Chryſoſtomus: *& omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc te reputa perdidiſſe.* In omni etiam actione neceſſaria eſt, ait S. Auguſtinus: *ne, ſi ſubtrahatur ſuavitas contemplationis, opprimat neceſſitas actionis.* Eſt neceſſaria denique, reſpondent omnes Sancti, veluti præſentia animæ corpori, mundo præſentia Solis: *In eâ vivimus, movemur & ſumus.*

*S. Ambroſ.*
*S. Chryſoſt. lib. 2. de clauſtro animæ.*
*S. Aug. de Civit. Dei lib. 2. c. 19.*
*Act. 17.*

Hac igitur ſuppoſita veritate, ô anima mea, *In omnibus viis tuis reſpice illum, & ipſe diriget greſſus tuos.* *Prov. 3.*

Aſſocia te ſemper Deo, cum Patre, Filio & Spiritu
1. Ioan. 1. Sancto tua ſit converſatio: *Sit ſocietas noſtra cum Patre & Filio ejus Ieſu Chriſto.* Recordare, documenti illius D. Auguſtini: anima nequit eſſe ſola & ſine ullius comitatu, ſi non admittit præſentiam Dei, Dæmonis admittet præſentiam & conſortium: *Qui non dat locum* Aug. in Pſal. *Divinæ inſpirationi, dabit locum diabolicæ ſuggeſtioni.* Undè optimè dixit Diocles inſtruendo Palladium: In vit. P.P. *Cùm diſcedit anima à Dei præſentiâ, ſtatim vel Diabolus, vel beſtia efficitur:* ſubito enim prolabitur in affectum aliquem inordinatum ſenſualitatis aut ſuperbiæ.

# Caput II.

## *De Vtilitate.*

INter alios quamplurimos & penè innumeros fructus, quos in animâ progenerat præſentia Dei, tres ſolùm, utpotè principaliores, recenſebuntur. Primus eſt mortificatio affectuum. Secundus acquiſitio virtutum in ſummo gradu & perfectione. Tertius eſt pax & quies animi imperturbabilis.

Quò ad primum, quemadmodum, ut effrenis dometur equus, neceſſe eſt, inquit D. Auguſtinus, inquiratur homo, qui eum domet; non enim à ſeipſo, ſed alterius virtute & induſtriâ equus domari poteſt: pari ratione, ut inordinatus quidam refrenetur & reguletur animus, unicum ſupereſt remedium recurſus ad Deum: ſiquidem à ſeipſo homo dirigi nequit: *Vt* S. Aug. tom. 10. ſerm. 4. *dometur equus, quæritur homo? ergò, ut dometur homo, quæratur Deus: ſicut equus non ſe domat, ità nec ſe domat homo.* Quarè concludit idem S. Doctor: *In Deo ſpem noſtram ponamus.* Totam ſpem noſtræ perfectionis in Deo fundare & collocare debemus, ut Divinâ ſuâ præſentiâ juxta beneplacitum ſuum nos illuminet, inflammet & moveat: idque conſtanter & perſeveranter, adeò, ut, *donec domemur & perdomemur, id eſt, perficiamur, domitorem feramus.*

Secun-

Secundus effectus præſentiæ Dei eſt totalis perfectio & ſanctitas. *Finis, namque, totius perfectionis eſt,* veluti docet Caſſianus, *ut omnis noſtra converſatio, omnis cordis volutatio, una & jugis efficiatur oratio, quæ eſt imago futuræ Beatitudinis, veluti arrha cœleſtis converſationis.* Quod fit continuâ unione & præſentiâ Dei. *Collat. 10. cap. 6.*

Rationem hujus reddit Albertus Magnus: quià præſentia Dei *ſtatum efficit Deiformem, vitæ æternæ præambulum, transfert in Nunc æternitatis per intraverſionem & ſurſumductionem*: & facit, ut anima certo quodam modo *incipiat eſſe per gratiam, quod Deus eſt per naturam.* Sicuti forma, dùm communicatur ſubjecto, conſtituit & reddit ipſum tale, qualis illa in ſe eſt (albedo facit album, lux lucidum &c.) ita Deitas, veluti Divina quædam forma, communicata animæ, ipſam Deificat: & præſentia Divina, quæ eſt ſanctitas per eſſentiam, participata ſanctificat, & quâcunque ex parte perfectum reddit ſubjectum, ubicunque reperitur. *Alb. Mag. de adhær. Deo.*

Tertius fructus præſentiæ Dei eſt pax & quies. *Dat pacem in negotio, & occupationem in otio.* Inquirit S. Chryſoſtomus: *Quomodò fieri poteſt, ut per medias urbes in tumultibus habitantes ſoli ſimus?* Et reſpondet: *Quandò pravas & corruptas non loquimur cogitationes; ſed quieſcimus.* q. d. tunc in ſummâ pace quis vivere poterit etiam in meditullio civitatis & in tumultibus, quandò in corde ſuo non habebit præſentiam creaturarum, ſed Dei: quandò ſilentium imponet ſuis paſſionibus, & in oratione loquetur Deo. Cujus ratio eſt, quià mediante præſentiâ Dei *omnes appetitus animi referuntur in unum, id eſt, in verum & finale bonum, quod eſt ſolus Deus.* Quapropter optimè conſulit D. Auguſtinus: verâne & ſolidâ pace in hac vitâ gaudere deſideras? ambula in præſentiâ Dei: *ibi mens, & hic quies.* Habita in Deo cogitatione & affectu, & in hac vitâ habebis pacem & quietem.. *S. Aug. Apud Anar. Ep de grad. in Bibl. P.P. S. Tho. 2 2. q. 19. art. 3. S. Aug.*

# CAP. III.

## *De modo exercendi & practicandi in gen[...] præſentiam Dei.*

VAriis modis explicant Sancti Patres praxin [...]
exercitium adeò excellens & Divinum præſen[...]
Dei.

*De ſimil. c. 163.* S. Anſelmus tribus modis docet hanc praxin habe[...]
poſſe: *Intellectu, Amore & Viſu. Et per intellectu[...]
ſapimus, per amorem juſtificamur; per viſum beatifica[...]
mur.* Per viam cognitionis, amoris & gaudij: cogno[...]
ſcendo, amando & gaudendo Deo. Et correſponde[...]
tribus actibus beatificis: Viſioni, Amori, & Gaudi[...]
quos Beati exercent in cœlis.

*Ad frat. in eremo.* S. Bernardus alium producit modum præcedenti no[...]
abſimilem. *Tribus modis ſe exhibet anima coram De[...]
cogitatione, affectione & intentione: ut cogitatio ſit ſa[...]
cta, affectio pura, intentio recta.* Triplici via incede[...]
debet anima coram Deo, cogitatu ſancto, affectu pu[...]
& intentione rectâ.

S. Baſilius fundat præſentiam Dei in exercitio du[...]
*Qq. comp. explic. q. 80* rum virtutum: in vigilantia rerum ſpiritualium, [...]
temperantia rerum temporalium. Interrogat S. Doct[...]
*Quare deficiunt menti cogitationes bonæ*, quæ Deu[...]
animæ præſentem efficiunt? Et reſpondet: *quia d[...]
ficit illuminatio.* Et ſubjungit: *Quare deficit illu[...]
minatio? quia dormitat, quod illuminari deb[...]*
Inquirit ulterius: *Quare dormitat?* & tandem re[...]
ſpondet? *Quia animæ oculus non eſt vigilans & ſobriu[...]
non eſt vigilans ad ſpiritualia, & ſobrius ad temporali[...]*
Hæc præſentia, juxta mentem & conſilium ejuſdem
Sancti Doctoris, debet eſſe pura; *ne vanis cogitati[...]*
*Orat. 1. Apol.* *nibus eam conſpurcemus*: quod fit, ſecundum Nazia[...]
zenum, *Divinas ſpecies & imagines puras nullis terren[...]
formis permiſtas ſemper in ſe circumferendo.*

*lib. 9. conf.* S. Auguſtinus docet modum reperiendi præſentiam
Dei in creaturis: *Si quis audit, dicunt hæc omnia*

Non

*Non ipſa nos fecimus, ſed fecit nos, qui manet inæternum.* Qui habet aures apertas audiendi, audiat, omnes omninò creaturas in has prorumpere voces: non ſumus à nobis, non ipſas nos fecimus; ſed à Deo, qui vivit inæternum, productæ, creatæque, ſumus, & conſervamur in eſſe.

Quod ſi deinde petas ab eodem D. Auguſtino, quomodò Deus ſit in creaturis, & creaturæ in Deo; triplici reſpondebit ſimilitudine: primò id oſtendit ſimilitudine ſpongiæ: *Sicut parva ſpongia plena immenſo mari.* Secundò, ſolis: *Tanquàm globi vitrei per totum lumine diffuſo.* Tertiò, animæ rationalis: *Quæ ſpiritualis ubique tota in corpore, & dat illi eſſe & operari.* Ita Deus eſt in mundo, &c.

*lib. de cogn. vera vita c. 25.*
*De civit. li. 22, c. 29.*

S. Ignatius Loyola, qui in tam ſancto & Divino præſentiæ Dei exercitio fuit eminentiſſimus, quinque modis Deum ſibi reddebat præſentem. Primò, tanquàm Judicem, ac propterea ſingulis horis *receptui canebat*, diligentiſſimè examinando potentias ſuas in lumine ſibi communicato à præſentia Divina. Secundò, contemplabatur Deum veluti Patrem, de cujus paterna providentia in ſummis etiam tribulationibus gaudebat: *In unius Dei recordatione & quaſi amplexu per ſummam delectationem quieſcebat.* Tertiò, recognoſcebat Deum tanquam primum principium omnium creaturarum, & viſa quacunque re creata etiam minima, *confeſtim in Dei cogitationem amoremque rapiebatur: & in ſingulis creatis rebus Creatoris Potentiam, Sapientiam, Bonitatem agnoſcebat.* Quartò ad Deum, ut ad ultimum finem, cunctas ſuas dirigebat actiones: *Omnes ſuas cogitationes, verba, opera in Deum tanquàm in finem referebat, ad Deũ ac Dei gloriam honoremque deſtinabat: atque hoc veluti ſymbolum (ad majorem Dei gloriam) ſemper habebat.* Quintò, aſſiduis ferventibusque deſideriis ad claram ac intuitivam ſummi Boni viſionem aſpirabat: *Et tanto deſiderio tenebatur ex hoc carcere & vinculis evolandi ad Chriſtum; ut, quoties de morte ſua cogitaret, temperare ſibi à lachrymis præ lætitia non poſſet: diſſolvi enim & eſſe cum Chriſto multò melius ſibi exiſtimabat.* Et hiſce deſideriis addebat ardentes preces jaculatorias, uti erant illæ:

*Maffeius lib. 3. c. 1.*
Ex relatione Pontificia.
Ribad. lib. cap. 1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Nihil præter te, Domine. O ſi te homines cognoſcerent! Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori.*

# Caput IV.

## *De Præſentiâ Dei per viam luminis naturalis.*

BIno mediante lumine Deum nobis præſentem facere poſſumus: lumine rationis naturalis, & lumine ſupernaturali fidei. De primo dicetur hoc capite: De ſecundo in ſequenti.

Præſentia Dei mediante cognitione naturali hoc modo in praxin redigenda eſt. Primò, cognoſcendo creaturas non abſolutè; ſed relativè in ordine ad Creatorem, cùm ſint tot Divini Solis radij: *Prodierunt creatura à Deo tanquam radij à Sole*, aſſerit Nazianzenus. Et quemadmodum Sol (& eſt exemplum D. Thomæ) duobus modis cognoſci poteſt, nempe: *in ſuâ ſubſtantia, & in ſuâ irradiatione:* ita Deus per ſeipſum, & per creaturas.

*Orat. in ChriſtiNativit.*
1. 2. *q.* 93. *art.* 2. 1. *part. q.* 2. *art.* 3.

Quinque viis, veluti docet Angelicus, nos conducunt creaturæ ad Creatorem. Primò per viam cauſalitatis. Secundò per viam motus. Tertiò per viam poſſibilitatis. Quartò per viam limitationis. Quintò per ordinem totius Univerſi: omnes etenim creaturæ ſunt effectus dependentes, mobiles, poſſibiles, limitati, ac cum ordine, mediiſque convenientibus diriguntur in ſuum finem: ergò danda eſt una prima cauſa, à quâ dependent: unum primum principium movens & non motum, à quo moventur: unum primum principium neceſſarium, à quo poſſunt recipere eſſe: unum eſſe infinitum & illimitatum, à quo ſint participatæ: & una prima mens, quæ ſumma providentia & ſapientia eas gubernet, fortiter & ſuaviter ordinando & dirigendo eas in ſuum finem.

Secundò, hac ſuppoſita cognitione, varios elicies amoris actus: gaudendo & complacendo tibi, quod Deus ſit talis, qualis in ſe eſt, independens, immobilis, ens neceſſarium, imparticipatum, infinitum & prima mens. Quod ſi obviam habeas aliquam creaturam, eamque deprehendas variis ornatam perfectionibus, noli in eadem perſiſtere & hærere; ſed tranſi ad Creatorem, & dic cum S. Auguſtino: *Qui fecit hæc pulchra, pulchrior: qui fecit bona, melior: qui fecit hæc ſancta, ſanctior eſt.*

Hæc pulchritudo & ornatus in creaturis eſt dependens; in DEO eſt independens, eſt enim prima cauſa. In creaturis eſt potentialis: in Deo eſt actus purus, quia eſt primum movens. In creaturis eſt contingens, & poteſt non eſſe: in Deo eſt neceſſarius, non poteſt non eſſe. In creaturis pulchritudo eſt participata: in Deo eſt per eſſentiam & imparticipata. In creaturis eſt limitata: in Deo eſt infinita & illimitata. In creaturis eſt in ordine defectibili: in Deo eſt indefectibilis, quia ipſe eſt prima mens.

Sit igitur benedicta ac laudata ſemper illa cauſa cauſarum, prima cauſa ac independens ab omni cauſa, quæ infinita ſua potentia, ſapientia ac bonitate nos creat & conſervat. Benedictus ſit primus motor, qui ſemper promovet creaturas ſuas ad id, quod melius & perfectum eſt, ad novas formas novasque perfectiones. Benedicta ſit illa neceſſitas eſſentialis Dei, quæ noſtram ſuſtentat contingentiam. Benedicta, infinita Bonitas, quæ tam copioſè & abundanter creaturis ſuis ſeſe communicat. Benedicta infallibilis illa Sapientia, quæ tanta convenientia, tam ſtabili ordine volvit & gyrat cœlorum orbes, movet elementa, variat & diſtinguit anni tempora, providet neceſſitati omnium creaturarum juxta cujuslibet capacitatem & naturam: & præ cæteris ſingulari providentia ſpecialem gerit curam hominis, ordinando ac dirigendo ipſum per proportionata media ad ultimum finem æternæ beatitudinis.

Varios inſuper elicies actus deſiderij, e. g. Quando effectus redibit ad ſuam cauſam? quando idæatum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Apud Durand in Rationali lib. 4.c.4.* reperet ſuam Idæam? *quandò filius aſcendet ad Pat*
(ſic precabatur Hugo) *& ſpiritus ad eum, qui fecit illun*
quandò omnis omninò in me ceſſabit motus, & po
tentia mea tua replebitur actualitate, à Deus meu
quandò humana hac ſpoliabor contingentia, ac Divi
me veſtiam neceſſitate? quando tranſibo ab eſſe l m
tato ad eſſe infinitum & illimitatum, quod habebo i
*S. Auguſ.* Deo? *Quando obliquitas mea*, dicebat S. Auguſtinu
*tua rectitudini poterit adæquari?* Quando in omnibu
& per omnia poſſidebor & gubernabor à te, O Domin
qui es prima mens & intelligentia, movens & gubernan
hoc totum univerſum.

Hiſce & ſimilibus affectibus anima, quotieſcunqu
inſpicit & conſiderat creaturas, exurgere & ſublevar
debet in admirationem & contemplationem Creatori
conſiderando & amando Deum in omnibus creatur
tanquam cauſam in ſuis effectibus: & omnes creat
ras in Deo veluti effectus in ſua cauſa: ad eum pla
modum, quo utuntur ſancti Angeli, qui creaturarun
cognitionem connectunt cognitioni, quam habent d
*Aug de Civit cap. 19.* Deo: *Et cognitio creaturæ, quæ adveſperaſcit*, uni
cum cognitione Dei, *luceſcit & recurrit in man*
Beata illa anima, quæ benè novit legere in hoc libr
Universi, & *utitur* creaturis in illum finem, ob quen
*1. Cor. 3.* eas creavit Deus. *& non abutitur. Omnia veſtra ſunt*
ait Apoſtolus, & explicat S. Thomas: *Vel ad uſum,*
*vel ad intellectum. Et verus Dei amator*, ſubjungit Ri
chardus, *creaturis pro ſpeculis utitur, & in omni,*
*l. 1. de Doct. Chriſt.* *quod cernit, Dei amatoris ſibi recurrit memoria. Et uta*
*mur illis*, ita monet S. Auguſtinus, *non manſoriâ de*
*lectatione, ſed tranſitoriâ, tanquàm viâ & vehicul,*
*non tanquàm termino.*

Tertiò, ultra cognitionem & amorem, præſentiæ Dei
operationem tuam conſectes, recognoſcendo Deum
tanquàm ultimum finem, & quodcunque per-
feceris, dirigas & ordines ad ejus
gloriam, neceſſe
eſt.

# CAP. V.

## *De Præſentiâ Dei per viam luminis ſupernaturalis Fidei.*

PRaxis modi hujus in tribus conſiſtit exercitiis: primum eſt illud fidei: firmiter & indubitatè credendo, quod Deus & Sanctiſſima Trinitas ratione immenſitatis ſuæ in omni loco præſens exiſtat cum Natura, Attributis & Perſonis, Patre, Filio & Spiritu Sancto, idque tribus modis; per eſſentiam, præſentiam & potentiam.

Secundò, præſuppoſita præſentia Dei intellectiva exercebis affectivam, quæ exercitii hujus pars eſt principalior, varios eliciendo actus amoris, deſiderij, reſignationis, &c. additis diverſis orationibus jaculatoriis *per motus ignitos, & aſpirationes flammigeras*, ut loquitur D. Bonaventura: e.g. complaceo mihi, Domine, & amo infinitam tuam pulchritudinem: quando concedetur mihi, ut eam reverear, eaque fruar & gaudeam detracto velamine? O ſi cuncti homines ejusdem haberent notitiam! O utinam non una duntaxat mihi eſſet vita, ſed millenæ, quas in tuum obſequium & ſervitium exponere poſſem! totum me reſigno Divinæ voluntati tuæ: diſpone de me, pro ut vis & tibi placet juxta Divinum tuum beneplacitum. Deinde te convertes ad Divinas Perſonas, eas benedicendo & laudando, eisque æternas & infinitas referendo gratias, repetendo frequenter hunc verſiculum: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.* Gloria potentiæ Patris, gloria ſapientiæ Filij, gloria bonitati Spiritus Sancti. Gratiæ Patri, gratiæ Filio, gratiæ Spiritui Sancto. *De myſt. Theol. fol. 548.*

Et pro exercitij hujus complemento ſemper in corde habebis hæc ſanctiſſima nomina, Jeſus & Maria: *Hæc ſancta oratio Ieſus & Maria*, inquit Thomas de Kempis, *brevis eſt ad dicendum; ſed fortis ad juvandum, dulcis ad conſolandum, potens ad perducendum ad vitam æternam. Ieſus & Maria ſint mecum ſemper in viâ, in omni loco, & in omni tempore, pro bona cuſtodia, Amen.* *In valle lil. cap. 13.*

Inſuper

Inſuper Chriſtum contemplaberis præſentem in cœlo in throno gloriæ, in Euchariſtia, in throno Crucis, & in corde tuo, tanquam in throno amoris, quando ſacramentali aut ſpirituali te reficies communione: amando & benedicendo eum cum ſanctiſſima Matre ſua, æternasque ei agendo gratias.

Neque Fidei etiam deſunt media ſeu modi inveniendi Deum in creaturis, imò nobiliorem habet modum, quam lumen naturale, in quantum illas conſiderat, veluti ſymbola, figuras & ſimilitudines Dei & Chriſti: quemadmodum in Sacra Scriptura ultra ſenſum litteralem reperiuntur alij ſenſus, myſticus, videlicet, & ſpiritualis: ita Magnum hoc volumen totius univerſi, præter illud, quod repræſentat ſenſui, demonſtrat intellectui varia myſteria: etenim *eſt liber ſcriptus intus & foris.* *Apoc. c. 5.*

Si cœlum ſuſpicias ſtellis exornatum, in ſenſu allegorico repræſentabit tibi Divinitatem, aut Humanitatem Chriſti cum ornamentis ſuarum perfectionem. In ſenſu morali tibi ſignificabit animam variis adornatum virtutibus. In ſenſu anagogico demonſtrabit tibi cœlum Divinæ Eſſentiæ, qua fruuntur Beati in gloria.

Ulterius. Omnis creatura aut te delectat, aut mœrore afficit: ſi te delectet, ideò Deum illam creaſſe recordaberis, ut tibi ſit ſymbolum & figura gaudij Paradiſi: ſi te mœrore afficiat, ad conſiderationem pœnarum infernalium te excitat. Antiqui SS. Patres *omnes ſub nube fuerunt* & ſub figura, in ordine ad ſtatum gratiæ: & nos ſub figura quoque ſumus in ordine ad ſtatum gloriæ. *1. Cor. 10.* *S. T. 1. p. q. 1. art. 10.*

Præterea, omnis creatura *eſt ad documentum*, quia inſeruit pro tua inſtructione, *& ad myſterium*; etenim creata eſt propter gloriam Chriſti. Ex omnibus igitur & ſingulis ſtude elicere fructum ſpiritualem pro anima tua, pro gloria & amore Chriſti. Verùm inter omnes affectus præſentia Dei per viam deſiderij nobiliſſima eſt, cæteriſque perfectior. Hanc exercebat Apoſtolus, quandò dicebat; *Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.* q. d. *2. Cor. 5.*

eligerem

eligerem potiùs eſſe ſeparatus à corpore proprio, quàm à Deo: mallem aſpirare ad præſentiam beatam claræ viſionis Dei, quærere & deſiderare pulchram Dei faciem.

Huic ſancto exercitio vacabat Regius Propheta, quandò dicebat: *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum, quandò veniam, & apparebo ante faciem Domini.* *Pſal.* 31. Hoc idem conſulebat & ſuadebat illis verbis: *Quærite Dominum, & confirmamini; quærite faciem ejus ſemper. Et quæ eſt facies Dei*, ait D. Auguſtinus, *niſi præſentia Dei? Charitas invenit eum per fidem, & eum quærit habere per ſpeciem.*

Hæc eſt occupatio & profeſſio eorum, qui ſunt veri ſervi Dei, ſubjungit S. Bernardus; *Hæc eſt profeſſio noſtra, fratres, quærere faciem Dei Iacob, quærere faciem ejus ſemper.* *S. Bern. ad frat. de monte.* Adeò neceſſarium eſt hoc deſiderium alterius vitæ, & claræ viſionis Dei, ut, qui illius non habuit curam in hac vitâ, puniatur, non quidem ſenſus, ſed damni pœnâ in purgatorio, quod ideò nuncupatum eſt, *Purgatorium Deſiderij*, Purgatorium purgans defectum deſiderij. *Bloſ. Monil. ſpir. 6. 13.* Cauſa hujus defectus alia non eſt, niſi defectus alterius cujuſdam præſentiæ, nimirùm, propriæ cognitionis & humilitatis. Una ſiquidem cognitio attrahit alteram, cognitio propria trahit cognitionem Dei. Quapropter ſi præcelſum Divinæ præſentiæ gradum attingere deſideras, ſedulò ſtude humilitati & profundæ tuiipſius cognitioni. Dices cum Prophetâ David: *Exquiſivit te facies mea; faciem tuam Domine requiram.* *Pſal. 26.* Facies mea, mea, videlicet, cognitio quærit & reperit faciem & cognitionem Dei.

Tertiò, poſt actus internos cognitionis & amoris ſequitur actus externus operationis. Et hic quoque perficiendus eſt in præſentiâ Dei ad laudem & gloriam ipſiuſmet Dei, ut animam pariter & corpus, tàm per cultum interiorem, quàm exteriorem, tanquam perfectum conſecres holocauſtum, *in odorem ſuavitatis*, Sanctiſſimæ Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui Sancto, ſanctiſſimiſque nominibus Jeſu & Mariæ,

Adhæc, per viam imaginationis formare poteris præ
ſentiam Dei ſimilem illi, quam S. Joannes in Apocalyp
deſcribit. Primò itaque præſens comparebis ante Thr
num ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, Filij & Spirit
Sancti. Secundò, ante Thronum Humanitatis ſa
ctiſſimæ Chriſti, *qui oſtendit Vulnera*, & ſanctiſſim
Matris ejus, quæ *oſtendit Vbera*. Tertiò, circa il
imaginaberis omnes Angelos, totiusque Curiæ cœleſt
Incolas, qui ſunt proſtrati *in facies ſuas in conſpe*
*Apoc. 7.* *Throni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum*
& muſicis inſtrumentis deferunt gloriam & honore
Domino, dicentes; *Salus Deo noſtro*, id eſt, à De
totam noſtram ſalutem & gloriam recognoſcimu
Quapropter, *Benedictio & claritas & ſapientia & grati*
*rum actio: honor, virtus & fortitudo Deo noſtro in ſæcu*
*ſæculorum, Amen.*

Quod ſi igitur omnes Sancti & Beati in facies ſua
proſtrati Deum adorant & laudant; quanta cum ma
jori humilitate & propria tui confuſione hoc idem à t
præſtandum eſt? Qua de cauſa, propriæ mem
egeſtatis, inſtar mendici ante regiam Altiſſimi aula
conſtitutus poſtulabis gratiam & miſericordiam: & 
potentia Patris virtutem & fortitudinem: à ſapienti
Filij lumen: à bonitate Spiritus Sancti amorem: u
benè ſanctèque operari, cognoſcere & amare valea
idque per merita Jeſu & Mariæ, *per Vulnera Filij &*
*Vbera Matris.*

Concludam hoc caput quadam Eccleſiaſtici ſenten
*Eccleſ. 14.* tia: *Beatus homo, qui in ſenſu cogitat circumſpectionem*
*Dei.* Beatus ille, inquit Spiritus ſanctus, qui ſemper
contemplatur Deum, & conſiderat ſe reſpici à Deo
*Videt Deum præſentem & reſpicientem.* Etenim ſcri
*Gen. 17.* ptum eſt: *Ego Dominus omnipotens, ambula coram me,*
*& eſto perfectus.* Omnipotens, in Hebræo legitur,
Sadai, quod ſignificat: *Qui ſufficit*, nam *continet*
*omne bonum.* Et hoc eſt lucrum illud quod reportabis
ex præſentia Dei: *omne bonum.* Unde Dominus Deus,
quo Patriarchæ Abrahamo majorem adderet ſtimulum
ambulandi in præſentia ſua, dixit ei: *Ego omnipotens,*
*Ego Sadai, Ego omne bonum*: me habebis, qui *ſum omne*
*bonum,*

*bonum*, habendo meam præſentiam. A contrario, inquit S. Auguſtinus, miſer ille, quicunque à præſentia Dei alienus reperitur: *Magna hominis miſeria eſt, cum illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe: & tamen ſi ejus non meminit, eumque non intelligit, ac diligit, cum illo non eſt.* Quare meritò idem S. Doctor dolebat, quod Deus fuiſſet ei præſens, at non ipſe Deo: *Mecum eras, & ego tecum non eram.* Quoties, anima mea, hoc idem Deo dicere poteris: *Mecum es, & tecum non ſum?* *Mecum ès*, quia continuò me conſideras, amas, conſervas in eſſe, *& tecum non ſum*, non cognoſcendo, amando & laudando te. *Da mihi, Domine, aſſiſtricem Sapientiam, quæ mecum laboret*, mihi aſſiſtat, me regat & gubernet, ſis mihi præſens, quemadmodum ego tibi: habeam te continuò præſentem in memoria, de recogitando: in intellectu te contemplando: in voluntate te amando: in lingua de te loquendo: in manibus pro te operando.

S. Aug.

lib 10. conf. cap. 27.

Et hæc ſufficiant de modo in praxin deducendi ſanctum hoc exercitium præſentiæ Dei intellectivæ, affectivæ & operativæ per viam luminis & rationis naturalis, per viam fidei, & per viam imaginationis.

# CAP. VI.

## *De Præſentiâ Dei in interiori domo animæ.*

UT de præſentia Dei breve quaſi exhibeatur compendium omni die exercendum: ſequentem praxin cum gratia Dei obſervare procurabo.

Conſtruam interiùs in corde meo domum quandam mentalem tria in ſe comprehendentem cubicula. Primum erit meum: ſecundum Chriſti Crucifixi: tertium Dei. Unde intra me tres continuas habebo præſentias: *Præſentiam mei. Chriſti crucifixi, & Dei.* Prima ordinabitur ad mortificationem: ſecunda ad contemplationem: tertia ad amorem.

Domus

## *Domus interioris animæ Cubiculum primum.*

In primo cubiculo, cujus inſcriptio erit: *Cubi*-*lum Veritatis*, tres aderunt foveæ profundiſſimæ: q-rum una intra & infra aliam conſtituta erit.

Prima appellabitur *Fovea annihilationis*, & ibid- erit meum nihilum.

Secunda nominabitur *Fovea confuſionis*, & in hac- runt omnia mea peccata.

Tertia vocabitur *Fovea deſperationis*, & hæc co- tinebit infernum cum pœnâ, quam ibidem prom- reor.

*Luc.* 23. Propoſitum. Quod cum patientiâ cunctas ſuffer- velim adverſitates, dicendo cum ſancto Latrone: *N- quidem juſtè, nam digna factu recipimus.* Propter pe- cata mea, hæc & plura alia pejora promereor, cùm ipſu- merear infernum.

## *Cubiculum Secundum.*

In ſecundo cubiculo, cujus inſcriptio erit: *Cubi- culum ſanctitatis*, morabitur *Ieſus Crucifixus* in ſancti- ſimo Sacramento, & *Maria* Virgo pedi crucis adſtans: ubi curabo, ut cor meum ſit inſtar pyxidis aureæ, qu- aſſervetur hic Divinus Panis ſimul cum memoria ſan- ctiſſimæ Paſſionis ejus. Et pro devotione hujus SS. Sacramenti ſæpè de die ſpirituali me reficiam commu- nione, dicendo cum S. Bernardo: *Deſidero te millies, Mi Ieſu, quandò venies? Me lætum quandò facies? M- de te quandò ſaties?* Et in actuali exercitio hujusmet communionis quatuor formabo actus: primum fidei, dicendo: *Panem cœleſtem accipiam*: ſecundum ſpei, ſubjungendo: *Et nomen Domini invocabo*: tertium hu- militatis, ſubdendo: *Domine non ſum dignus, &c.* quartum charitatis, cum hiſce verbis: *Corpus Domini noſtri cuſtodiat animam meam in vitam æternam, Amen*: deſiderando recipere Chriſtum ſub ſacratis ſpeciebus, &c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pro devotione vero Paſſionis D. N. quinque hæc obſervabo puncta.

Primò, *Aſpice*, Chriſtum crucifixum præſentem, & cum S. Bernardo *Suſpira & gratias age*: corde ſimul & ore dicendo: Gratias tibi ago, Domine, humillimèque à te peto veniam.

Secundò, *Abſtine*, ab omni ſorte & ſpecie conſolationis.

Tertiò, *Suſtine*, mortificationes, quæcunque tibi obveniunt.

Quartò, *Gaude*, in ſpe Sanguinis Chriſti.

Quinto, *Trahe*, alios ad eandem devotionem, &c.

Propoſitum, quod in hoc perficies cubiculo, erit, ut vivas cum Chriſto crucifixus, dicendo cum Apoſtolo: *Chriſto confixus ſum Cruci: Vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Chriſtus.* *Ad Gal. 2.*

## *Cubiculum Tertium.*

In tertio cubiculo, cujus inſcriptio erit: *Cubiculum Deitatis*, erit Sanctiſſima Trinitas cum cœleſtio paradyſi gloria. Hìc conſiderabo Deum intimè cordi meo præſentem: primò *per Eſſentiam*, cum Divinitate, Attributis & Perſonis: ſecundò *per Præſentiam*, cum infinita ſua cognitione, qua omnes meas perſcrutatur cogitationes, affectus & paſſiones: tertiò *per Potentiam*, cum ſua omnipotentia, qua mihi dat eſſe, ſingulisque horis & momentis me conſervat.

Hac ſtimulatus conſideratione vitam agam tanta cum reverentia & vigilantia, ut cum auxilio Divinæ gratiæ ne tantillum patraturus ſim, quod perſpicaciſſimos Divinæ Majeſtatis oculos offendere poſſit, ac taliter me geram, ac ſi Deus ſolus & ego, abſque alterius creaturæ comitatu, eſſemus in mundo.

Propoſitum hujus cubiculi erit attendendi ad perfectũ amorem. Primò ad amorem Dei: eliciendo varios actus fidei, ſpei, charitatis, humilitatis, obedientiæ, &c. Secundò ad amorem proximi: nullam prætermittendo occaſionem, quâ ipſi ſuccurrere poſſim, memor verborum Chriſti: *Quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* *Matth. 25.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# EXERCITIUM SECUNDUM

## *Divini Amoris.*

S. Bern to. 2. de nat. Divini Amoris c. 1.

ARS *eſt artium, Ars amoris*, ait S. Bernardus ars artium eſt, excedens & ſuperans cunctas alias artes; etenim, ſi cujuslibet artis nobilitas deſumatur à fine, & quivis alius finis infinitè ſit inferior fine Amoris Divini nullus alius ei æquiparari, multò minus eundem ſuperare poteſt. Ars amoris, ut docet Areopagita:

De Divin. Nom. c. 4.

*Eſt vis motiva*, quæ nos elevat ad Deum:

*Eſt vis unitiva*, quæ nos conjungit Deo:

*Eſt vis converſiva*, nos convertens & transformans in Deum.

Si in totâ hac rerum univerſitate inveniretur ars aliqua, tanta pollens vi ac virtute, ut in aurum converteret lutum, lapides in gemmas, totam maris aquam in pretioſum balſamum, quanti hæc ars æſtimaretur? quanto cum labore mundi ſectatores artis hujus ſtuderent exercitio!

Hujuſmodi vis, quæ nulli arti, nulli induſtriæ, nec ulli virtuti humanæ ineſt, competit & communicata eſt arti & exercitio ſancto amoris Divini: *Eſt enim Divinus amor exceſſum extaſimque faciens: amatores ſui juris eſſe non ſinens; ſed in ea quæ amant, penitùs transferens.* Transfert amantem animam in Deum amatum, & modo quodam mirabili, intimo, & unitivo *Unus Spiritus fit cum Deo.* O ars Divini amoris, non Divina duntaxat, ſed Deifica, edocens modum, quo creatura revertatur ad ſuum Creatorem, imago ad ſuam idæam, ac Spiritus creatus, veluti abſorptus in Increato, ab eodem ultimum ſuum recipiat complementum & perfectionem. *O Amor, veni in nos, poſſide nos. Hic eſt finis, hæc eſt conſummatio, hæc eſt perfectio, hæc eſt pax, hoc eſt gaudium.*

S. Dion. de Div. Nom c. 4.

1. Cor. 3.

S. Bern de Amore Dei c. 4. 5.

Hujus

Hujus ergò Divini Amoris exercitium breviter perſtringemus. Ac primò dicetur de cognitione, quam ſupponit. Secundò de objecto. Tertiò de actibus illius, Quartò de modis variis exercendi eos.

# CAP. I.

## *De Cognitione, quam ſupponit Amor Dei.*

QUamvis ad perfectionem amoris non ſit adeò neceſſaria perfectio cognitionis, eò, quod perfectè aliquid amari poſſit, quod perfectè, diſtinctè, ac ſecundum omnes ſuas partes non cognoſcitur: unde fit, Deum perfectius amari à ſimplici idiota, quàm à pererudito & doctiſſimo etiam homine, tametſi ab illo non ita perfectè cognoſcatur Deus, veluti à Theologo quodam cognitus eſt, modò vivâ quadam fide ſolum apprehendatur, ad eum, videlicet, modum, quem eadem tradit fides, veluti objectum quoddam ſummè & infinitè bonũ & bonificativum, infinitè perfectum & perfectivũ, quod nos ipſos perficere bonoſque efficere poteſt. *S. Th. 1. 2. q. 29. art. 2.*

Nihilominus certiſſimum eſt, ad quemcunque amorem neceſſariò requiri præviam aliquam cognitionem, juxta dictum illud D. Auguſtini: *Sciri aliquid poteſt, & non diligi: non verò diligi, & non ſciri.* Cujus ratio eſt, quia intellectus independenter à voluntate habet objectum ſuum cognoſcibile, ubi voluntas abſque ope intellectus, qui ei bonum proponat amandum, non habet objectum proprium amabile. Suppoſita igitur doctrinæ hujus veritate, priuſquam proponatur praxis amandi Deum, oſtendamus praxin cognoſcendi ipſum. *S. Aug. li. 8. de Trinit. c. 4.*

Surrepſit vice quadam menti D. Auguſtini cogitatio & deſiderium ſingulas mundi hujus adeundi creaturas, ab eiſque pariter inquirendi, nùm quæpiam earum ſibi indicare poſſet, quis & qualis eſſet ſuus Deus: *Circuivi*, inquit ille, *per vicos & plateas Civitatis hujus Mundi. Miſi nuncios meos, omnes ſenſus exteriores,* *Soliloq. c. 31.*

*ut quærerent Deum meum.* Et ſenſus reſponderunt nihil ad ea, quæ à nobis exquiris, reſpondere poſſum. *Deus enim per nos non intravit.* Non eſt res ſenſibilis. *Reſpondent oculi: non eſt color. Reſpondent aures, non eſt ſonus: nares, non eſt odor: guſtus, non eſt ſapor: tactus, non eſt corpus.*

Ab exterioribus ſenſibus excluſus S. Auguſtinus, interioribus animæ potentiis & ſenſibus cœpit interrogare creaturas, num ſibi ſignificare poſſent, quis & quis ſuus Deus eſſet: *Interrogavi terram, ſi eſſet Deus meus: interrogavi mare & abyſſos: interrogavi aërem: interrogavi cœlum, ſolem, lunam & ſtellas: & reſponderunt creaturæ voce grandi: Non ſumus nos. Quære ſuper nos, ipſe fecit nos.* Ex hoc reſponſo S. Auguſtinus in aliqualem devenit cognitionem Dei: *Qui eſt ſupra nos, ipſe eſt, qui fecit nos.* Eſt quoddam eſſe ſeu ens perfectiſſimum eſſentialiter & infinitè excedens cuncta entia creata: *Quo majus nec eſſe, nec cogitari aliquid poteſt.* Immenſum pelagus perfectionis in ſe cunctas continens perfectiones increatas, creatas & creabiles modo quodam nobiliſſimo & eminentiſſimo abſque ulla prorſus imperfectione.

S. Anſelm. in Menol.

Verùm relinquentes creaturas deſcendamus ad ſpecialiora magisque particularia, ſimulque inquiramus in Scripturâ Divinâ quid ſit Deus. Et reſpondet Divinum Oraculum: *Qui eſt.* Ille, nimirùm, qui eſt ipſummet eſſe univerſale & indeterminatum; etenim complectitur omne eſſe, omnemque perfectionem abſque ullius imperfectionis admixtione. Quapropter Chriſtus D. N. manifeſtaturus ſe Deum hoc idem ſibi appropriavit nomen in S. Joanne: *Niſi credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.* Et eodem in loco dixit: *Antequàm Abraham fieret, ego ſum.*

Exod. c. 3.

1. Ioan. c. 8.

S. Thom. 1. cõtra gent. c. 23.

Quarè nomen explicans proprium eſſe propriamque naturam Dei *eſt ipſum Eſſe.* Quod eſt idem dicere: *Ens à ſe, ens primum, ens per eſſentiam, ens neceſſarium, ens infinitum, actus purus, unum & omnia.*

Ex eſſe Dei, quod eſſentialiter eſt ipſummet eſſe, ſequitur Primò, quod eſt *ens à ſe*, & non per dependentiam à cauſa ſuperiori, Secundò, quod eſt *ens primum*,

primum

primum principium & prima cauſa cujuscunque alterius eſſe. Tertiò quod eſt *ens per eſſentiam*; ſiquidem omnes Dei perfectiones ſunt eſſentiales, & nulla accidentalis eſt. Quartò, quod eſt *ens neceſſarium*; ipſi enim repugnat non eſſe. Quintò, quod ſit *ens infinitum*, cùm nullum ſortiatur finem. Sextò, quod ſit *actus purus*, quia non eſt in potentia ad aliquam perfectionem. Septimò, quod ſit *ens, & omnia, unum & omnia*; etenim, cùm in ſe ſit unus ſingulariſſimus & determinatiſſimus, dicit omnia, aut per continentiam, aut per æquivalentiam.

Hujusmodi ergò conceptum de Deo formare debemus, hæcque Altiſſimi cognitio ſupponenda eſt, hanc mirabilem doctrinam tradidit Christus Dominus S. Catharinæ, dicens ei: *Si noveris filia, quid ego quid tu, beata eris: Ego qui ſum, tu quæ non es.* *In ejus vitâ.*

Hîc admiraberis hominum mundanorum veſaniam & cœcitatem, quod, cùm Deus ſit, qui eſt, imò qui ſolus eſt (*Eſt enim ſuum & omnium eſſe*, inquit S. Bernardus, *ac per hoc quodammodò ſolus eſt, quia quidquid eſt, vel Deus, vel Dei eſt*) cùmque creatura ex natura ſua talis ſit, quæ non eſt (*ſubſtantia mea tanquàm nihilum ante te*) dicebat Propheta) tàm facilè nihilominùs ſe avertant à Deo, totoque affectu ſeſe tradant in prædam vano creaturarum amori. *S Bern. 5. de conſid.* *Pſal. 38.*

Et hæc quæ diximus, ſufficiant de cognitione Dei, quæ, ut ſit lumen, quod ſimul ſplendeat & accendat, non ſolùm illuminet, verùm etiam inflammet, uti docet Angelicus, neceſſe eſt, ſit cognitio quædam intenſa & continua, ſimilis (quantum fieri poteſt) cognitioni Beatorum in cœlis. Et rationem hujus reddit, quia *intenſa meditatio unius objecti inhabilitat intellectum ad alia objecta*: cùm enim intellectus finitæ ſit virtutis, hoc ipſo, quo ſeſe intensè ac totaliter applicat conſiderationi Dei, impotens efficitur ad conſideranda alia, quæ ſunt extra Deum, nec ſunt propter Deum. Ut quis verò continuam hanc attingat cognitionem Dei, medium practicum, juxta D. Auguſtinum, eſt continua ſumptus cognitio quemadmodum contingit in Angelo, *Opuſc. de charit.*

qui ex continuâ ſuiipſius cognitione, quæ eſt ve
1.p.q.56. art.3. ſpeculum *Divinam ſimilitudinem repræſentans*, adc
tinuam ſeſe erigit cognitionem Dei. Quapropter
pria ſuiipſius cognitio à ſanctis Doctoribus appella
ſcala, qua aſcendimus ad Deum.

Quandò ergò in tuiipſius occupatis conſideratio
quid ſis, quod eſſe purum nihil eſt, fatere, Deum
ipſummet eſſe. Pari conſideratione occupaberis c
alia attributa: dependentia creaturæ ſupponit in
pendentiam Dei. eſſe ſecundarium ſupponit eſſe p
marium, eſſe per participationem ſupponit eſſe per
ſentiam, eſſe contingens ſupponit eſſe neceſſarium,
finitum ſupponit infinitum, & non eſſe creaturæ
ſupponit omne eſſe Dei.

Sufficiat hoc de cognitione Dei, quam ſuppo
amor. Supereſt nunc, ut dicamus de objecto ipſi
amoris.

## Caput II.

### *De obiecto Divini Amoris.*

S. Dionyſ. Areop. de Div.Nom. c.4.p.1. AMor eſt Boni & Pulchri deſiderium. Unde ob
jectum Divini amoris eſt Divina bonitas & inf
nita pulchritudo, quæ, ut conjunctæ ſunt volunta
cauſant deindè infinitam quandam ſuavitatem & dulce
dinem. Hic igitur eſt finis amoris, amare, admirar
guſtare: amare infinitam bonitatem, admirari Div
nam pulchritudinem, gaudere & guſtare æternam
Iſai.c.60. ſuavitatem & dulcedinem: *Videbis & afflues: mirabitur
& dilatabitur cor tuum.* Quando Divino conforta
tus & illuſtratus lumine videbis Divinam eſſentiam
*Afflues*, vi Divinæ bonitatis: *Miraberis*, ex
viſione Divinæ pulchritudinis: *Dilataberis*, virtute Divinæ ſuavitatis.

CAP. III.

# CAP. III.

## *De Bonitate DEI.*

UT ab infinitâ exordiamur bonitate Dei, dicamus cum Divino Theologo: *O Bonum, quod eſt ſummum Bonum! Informe Bonum, & formans Bonum, immutabile Bonum, & convertens omnia in Bonum! Bonum, quod omnia appetunt, in quo omnia ſubſiſtunt, ex quo omnia conſiſtunt.* S. Dionyſ. de Div. Nō. c. 4.

Conſidera infinitam Bonitatem, quæ, quantum eſt in ſeipſa perfecta, tantùm ad extra eſt communicativa, converſiva & glorificativa. Nam ſecundum doctrinam Areopagitæ: *Amor eſt circulus ſempiternus de bono in bonum, ad bonum & propter bonum.* ubi ſup. Amor, inquam, Divinus eſt perpetuus circulus incipiens à bonitate increata, quæ ſe communicat creatæ, ut eandem perficiat & convertat ad ſe propter gloriam ſuam. Quemadmodum Sol communicat lumen ſuum terræ, non ut in ea perſiſtat & maneat; ſed ut è terra vapores ad ſe attrahat, eoſque reddat adeò pellucidos, ut alterius inſtar ſolis compareant, quo virtutem influxuſque luminis ſui demonſtrat. Igitur bonitates creatæ tot ſunt veluti radij è ſummo Sole Divinæ bonitatis prodeuntes; ſunt veluti tot rivuli aut fluvij ſcaturientes è vaſtiſſimo Divinæ Benignitatis oceano; ſunt veluti tot favillæ & ſcintillæ ex ardentiſſima amoris Divini fornace proſilientes.

Objectum ergò voluntatis noſtræ, amoriſque noſtri terminus & bonitas increata, ſimulac creata; at prima amabilis & appetibilis propter ſeipſam, ſecunda, in quantum eſt effectus, participatio & medium ad aſſequendam primam. *Quid vagaris ergò poſt multa bona?* (reſumit S. Anſelmus) *Quare unum bonum, quod eſt omne Bonum, & ſufficit tibi.* S. Anſelm. Quo fine inſequeris bona creata & terrena apponendo eis cor tuum, inquire Bonum tale,

 quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod eſt omne Bonum, Bonum increatum adtequ
tandum ſatiandumque ſufficientiſſimum.

Quando diligis creaturam aliquam, ſcito bonum
lud eſſe effectum, participationem, & umbram qu
dam infiniti & increati Boni. Bono igitur oblectar
noli illud quærere in creatura, quære illud in Creato

*Tract. in Ioa. & epiſ. 102.*

Audi S. Auguſtinum: *Quare; ſed non ubi qu*
Etenim in creaturâ reperies illud limitatum, tranſi
rium, necnon cum infinitis imperfectionibus; in B
verò infinitum, æternum & ſine ulla prorſus imperf
ctione, imò cum omni perfectione. Quare omn
bona, quæ in cunctis creaturis diviſim inveſtigare val
quære in Deo, ubi reperitur omne bonum *æquivalente*
*excedenter & eminenter.* Ipſe enim Bonum tale e
quod æquivalet infinitis bonis creatis: eſt Bonum
quod infinito exceſſu ſuperat omne aliud bonum: e
Bonum, quod eſt purum Bonum nullius mali & impe
fectionis admittens unionem. Toto igitur cordis a
fectu in hæc prorumpes verba: *Deus meus & omni*
*æquivalenter omnia: Deus meus & omnia, excedente*
*omnia: Deus meus & omnia, eminenter omnia.*
Refuto, deſero, relinquo cuncta terrena bona, renunci
omni bono creato & creabili, habeo namque Deum
qui *eſt mihi omnia, eſt vice omnium: Deus, qui eſt omnis*
*eſt mihi omnia*, & infinito cum exceſſu *eſt ſuper omnia*
*& in omnibus.* Eminentiſſimus, perfectiſſimus & re
motiſſimus ab omni imperfectionis umbra & ma
cula.

Deus debet eſſe finis, ultimus finis & ſolus finis.
Ama creaturas; *ſed non ibi finis. Si ibi finis, finiris;*
*ſed non finiris, ut conſumaris.* O quanta diverſitas fi

*S. Aug. loc. ſup. cit.*

nium? exclamat D. Auguſtinus, unus finis perfectivus;
deſtructivus alter: datur finis, qui dat vitam, & æter-
nam vitam: datur quoque finis dans mortem, & æter-
nam mortem. Si Deum habueris pro fine, conſequeris
finem perfectionis tuæ, beatitudinis tuæ, & gloriæ tuæ;
aſt ſi pro fine elegeris creaturam, finem attinges, qui eſt
omnis veri boni privatio cum æterna damnatione &
miſeria.

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et hoc ſufficiat de Bonitate, ad Pulchritudinem Dei nunc tranſitum faciamus.

# CAPUT IV.

## De Pulchritudine DEI.

PUlchritudo Divina objectum quoque eſt Amoris Divini. Unde aſſerit Areopagita: *Pulchritudo De* *Divi.*
*græcè dicitur à vocando, quia omnia ad ſe vocat & Nom.c.4.*
*trahit.*

Quod ſi in Naturâ magna notatur pulchritudo, major in Gratiâ, & longè major in Gloria; quanta qualisque erit Divinæ Eſſentiæ pulchritudo: pulchritudo infinita: pulchritudo incomprehenſibilis: pulchritudo, quæ ſimplici aſpectu & intuitu quemcunque efficit beatum & fœlicem, qui ipſam, ut in ſe eſt, intuetur.

De Divino illo Eſſe tradit & docet idem Sanctus: *Eſt pulchrum ſimul & pulchritudo. Pulchrum ſuperſubſtantiale, & ſupremè pulchrum, Pulchrum, quod eſt ſemper pulchrum & uniforme pulchrum, & per omnia, & omnibus, & in omnibus pulchrum. Primum pulchrum, & cauſa omnis pulchri, exemplaris, finalis & effectiva.*

Quod ſi pulchritudo corporalis conſiſtit *in debita* Philoſoph.
*proportione membrorum cum ſuavitate coloris, in gratia actionum, in affabilitate ſermonis.* Quanta & qualis erit proportio & correſpondentia perfectionum & attributorum Divinorum inter ſe comparatorum? quanta erit illa gratia operationum ad intra in proceſſionibus Divinarum Perſonarum: ad extra in creationibus, ubi ſtupenda & mira deprehenditur varietas perfectionum, Naturæ, Gratiæ, Gloriæ & Unionis? & quænam affabilitas attinget ſupremam illam verbi Divini affabilitatem, quæ *eſt ipſum Verbum ſpirans amorem.* S.Tho. 1.p.

Verùm, & conceptum aliquem efformemus de immenſa & ineffabili Dei pulchritudine, hac ipſam declaremus ſimilitudine.

Conſidera cunctas terræ pulchritudinis form elementorum depoſitionem, varietatem mixtor ſtellarum decorem, florum amœnitatem, nob tatem & venuſtatem humanorum corporum. C ſidera totam cœli pulchritudinem, multitudinem gelorum diverſitatem ſpecierum officiorum varieta ornamentum gratiæ, ſplendorem gloriæ in omnib Angelis ad primum uſque & ſummum Seraphin perfectiſſimum, utpotè, ſpeculum Divinum repræſe tans fulgorem & decorem.

Conſidera inſuper pulchritudines creatas, creabil & poſſibiles, quæ ſunt in mente Divinâ, ac in luce prodire poſſunt per omnipotentem manum Altiſſim quarum non eſt numerus, & una altera pulchrior cum diverſitate & exceſſu eſſentiali & infinito. H omnes ſimul capies pulchritudinis formas, naturales ſupernaturales, creatas & creabiles, easque coaduna redigesque in unam ſolam pulchritudinem, itaut ſit luti quinta eſſentia omnium creatorum creabiliumq pulchri bonique ſpeciem habentium.

Ex hac conſideratione tranſibis ad aliam. Conſi deranimirum, ſtellas firmamenti cum tanta perfectio &magnitudine,ac ſi unaquæque Solis attingeret magni tudinem & ſplendorem: ipſum verò Solem de facto exiſtentem adeò perfectum & magnum, & magnitudi ne ſua cunctas excedat ſtellas ipſius Solis perfectionem attingentes. Conſidera inſuper, quodcunque Omni potentia DEI procreare poteſt; infinitos etenim alios Soles, & unum lucidiorem alio ſine termino & menſu râ efformare poteſt. Et eodem modo totam lucem in ſtellis illis ad magnitudinem ſolis redactis diſperſam, & in uno illo Sole ac in aliis infinitis poſſibilibus coadu natam, rediges componesque in unicam ſolam lucem, ita, ut ſit quaſi infinita quædam lux cæteriſque o mnibus æquivalens, ſitque fons & principium omnis lucis.

Conſiderabis denique, quod ſi hæc lux tàm exceſſi vo, uti dictum eſt, dotata ſplendore præfatam illam illuminaret pulchritudinem, eique identificaretur

aut

aut incorporaretur, ita ut in unam & eandem rem coaleſcerent, quis conſiderare poſſet, quantum decoris gradum pulchritudo illa attingeret, & in quantam luce ſuâ traheret admirationem intellectum tam humanum quàm Angelicum? Nihilominus creatura hæc in tam eminenti conſtituta gradu & pulchritudinis, & lucis, non eſſet comparabilis cum pulchritudine Divinâ: Nam, ut docet Angelicus, *non ſunt ejusdem generis*; ſed pulchritudo Dei *eſt extra & ſupra omne genus.* 1. p. q. 4. art. 3. Unde pulchritudo illa creata reſpectu Divinæ pulchritudinis nulla eſſet: & lux illa creata in comparatione luci increatæ potiùs tenebræ & umbra æſtimanda eſſet quàm lux.

Quod ſi igitur Divina pulchritudo talis ac tanta eſt. Quid mirum, ſi Sancti & Juſti pro eâ obtinenda *omnia arbitrati ſunt ut ſtercora*, proſcripſerunt cun- Philip. c. 3. ctas mundi conſolationes, ſibiipſis crudele & arduum indixerunt bellum, voluntario animo ſuſtinuerunt cuncta Tyrannorum tormenta ac mortem ipſam, ut hac ratione ſecuros & certos ſe redderent de cœleſti viſione Divinæ pulchritudinis? Et hæc de Divinâ pulchritudine dicta ſufficiant. veniamus ad praxin.

# CAP. V.

## *De Modo contemplandi Divinam pulchritudinem.*

THeologus Divinus ſcribit de ſpiritibus cœleſtibus, S. Dionyſ. quod extra ſeipſos rapti ſine intervallo aut inter- De Divi. ruptione ulla *æternis Pulchri fulgoribus conjunguntur*: Nom. c. 4. nimirùm, perpetuâ quâdam & indiſſolubili unione per viam contemplationis & gaudij Divinis uniuntur ſplendoribus è Divino vultu emicantibus.

Triplici genere motus & cognitionis in Divinâ occupantur præſentiâ: *Circulariter, per rectam lineam, & reflexè.*

Primus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2.2. q. 180. art. 6. Primus motus, videlicet, actus intellectus & [vo]luntatis appellatur motus *circularis*; nam ſicut [circularis] eſt motus uniformis & ſimplex *circa ita centrum*; [ita] Spiritus Angelici *per ſimplicem intuitum inform[iter] occupantur circa idem objectum* æternæ pulchri[tu]dinis.

Secundus motus vocatur *rectus*, & eſt, quando occu[pan]tur in executione Divinæ Providentiæ, in miniſte[rio] creaturarum.

Tertius eſt *reflexus & obliquus*, compoſitus ex mo[tu] recto & circulari; etenim per occupationem exte[r]nam non interrumpunt, nec intermittunt interna[m] occupationem Divinarum illuminationum in præſen-

S. Greg. tia Dei: nam ut ait D. Gregorius: *Intra Deum cur[r]unt Angelici Spiritus, quocunque mittantur.* Ne[c] Angeli ſancti gaudent duntaxat pulchritudine Dei, ve[rùm] etiam exultant in viſione pulchritudinis Chriſti:

1. Pet. 1. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* Quapropter vid[it] eos Joannes in Apocalypſi, quod *ſtantes erant ante Thronum, & in conſpectu Agni.* Siquidem per vi[ſi]onem Divinitatis ſimulac Humanitatis Chriſti per[fi]citur & completur noſtra Beatitudo: *In conſpectu Agni*, veluti aſſerit S. Laurentius Juſtinianus, *de-*

B. Laur. Iuſt. *lectabiliter intuebantur Humanitatis illius elegantiam, præclaram formam, radiantem faciem, imperiale decus, & honorabilem ſtatum.*

Opuſc. de Beat. Idipſum Angelorum exercitium eſt in cœlis. Hoc idem, conformiter docet & ſuadet Angelicus Doctor, imitari debent homines in terris, ut, nimirum, in Di-vina ſeſe conſtituant præſentiâ inſtar alicujus mendici coram Divite, inſtar Diſcipuli coram ſuo Magiſtro, inſtar Filij coram Patre ſuo, audiantque, *quid loquatur*

Pſal. 84. *Dominus Deus.*

Hic eſt ultimus perfectionis ſtatus, præſentare ſe coram Deo, delectari & gaudere in contemplatione Divinæ pulchritudinis. Quià ſicut in motu locali,

2.2. q. 24. art. 4. *primum eſt, receſſus à termino: ſecundum, appropinquatio ad alium terminum: tertium, quies in termino;* ſimiliter in motu ſpiritualis perfectionis, *primum eſt, recedere à malo: ſecundum proficere in bono: tertium,*

Deo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Deo inhærere* & *frui, cupiendo diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Aſt in hac vitâ *adeſt duplex deformitas* perfectam impediens quietem animæ, & cauſans, quò minus ejus intuitus ſit uniformis & ſimplex erga Deum: videlicet, *deformitas ſenſuum, & diſcurſus* (dependet in intelligen- 2. 2. q. 180. art. 6. do ab objectis ſenſuum & à diſcurſu) ſed in altera vita intuitus ejus erit purus & ſimplex in Deum independens ab aliâ potentiâ & operatione ejus.

Imitari quoque debemus ſanctos Angelos in aliâ perfectione motus reflexi, motum rectum uniendo cum circulari, vitam, nimirum, activam cum contemplativa, agendo & converſando cum proximo; ſed *in Deo & intra Deum.*

Inſuper imitemur eos in ultima perfectione, præſentiam Dei conjungendo cum præſentia Chriſti: demirando Divinam pulchritudinem, eaque gaudendo non in ſeipſa duntaxat; verùm etiam in adæquatâ ejus imagine Humanitatis, in qua, uti affirmat S. Hieronymus, *igneum quid & ſydereum radiabat ex oculis, & fulgor ipſe & majeſtas Divinitatis occulta relucebat in facie.* lib. 1. in Matt. c. 9. & lib. 3. Et ſi unicus ſolus Chriſti digitus monſtratus S. Thereſiæ fuit ſufficiens ad eandem pertrahendam ac indiſſolubili unione alligandam amori Chriſti: quid In vitâ S. Thereſiæ. fiet contemplanti non duntaxat unum digitum; ſed totam manum, brachium ac totum corpus, ſplendorem vultus, majeſtatem aſpectus, compoſiti greſſus modeſtiam, affabilitatem verborum? *A ſplendore illius pulchritudinis*, conſulit Auguſtinus, *noſtros oculos non avertat infirmitas carnis. Nobis credentibus ubique Chriſtus pulcher appareat.* In Bal. 44. Infirmitas carnis non impediat oculum mentis à viſione Chriſti: aperiatur oculus fidei, & in omni loco intendat in pulchritudinem Chriſti: ſiquidem non ſolùm pulcher eſt; verùm etiam ſpectatores & amatores illius pulchros efficit: *Sumus pulchri amando Deum, qui ſemper eſt pulcher: & quantum creſcit amor; tantum in te creſcet pulchritudo.* S. Aug. ſup. 1. epiſt. Ioa. Non habet hanc vim & virtutem pulchritudo creata, communicando enim ſpeciem ſuam non communicat ſuam pulchritudinem. Quapropter concludamus cum S. Aug. lib. eodem: *O quàm fœliciſſimum bonum, & quàm vulgò* de ſalutar. Document.

fœli-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*fœliciſſimum eſt ſplendidam Chriſti pulchritudinem[...]re, & radiantibus ejus fulgoribus pectora noſtra illu[...]*
S. Auguſt. *& omnem obſcuritatem peccati à nobis expellere! Da[...]*
Manual. *Domine Deus meus, ſpecioſe præ filiis hominum, u[...]*
c.10. *derem te, ut amem te, quantum volo, & quantum [...] & totus flammâ charitatis tuæ vaporatus diligam t[...] minum meum dulciſſimum & pulcherrimum ex toto [...] meo, ex totâ animâ meâ: habens te ſemper in co[...] in ore, & præ oculis meis ſemper & ubique. A[...]*
Hucuſque de pulchritudine: dicamus modò de dul[...]dine & ſuavitate Dei.

# CAP. VI.

## *De Contemplatione Suavitatis Dei.*

DUlcedo & ſuavitas Dei, utpote Divini amo[...] propria paſſio, pariter infinita eſt, ſicut Bonitas[...]
Eccleſ.24. Pulchritudo: *Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, [...] hæreditas mea* (quæ eſt Chriſtus Filius meus) *ſuper [...] & favum.* Eſt dulcedo talis, ut totam penetret Na[...]ram Dei, & ipſamet Eſſentia Dei eſſentialiter ſuavi[...]
Sap. 16. & dulcedo eſt: *Subſtantia Dei Dulcedo Dei eſt.* Me[...]
S. Aug. propterea à S. Auguſtino Dulcedo Divina appella[...] primò *Dulcedo amoris*, & Amor Divinus *Amor Dul[...]dinis*, quia dulcedo nil aliud eſt, quam objectum amor[...] & amor eſt deſiderium dulcedinis. Secundò dic[...]
S. Aug. Pſ. 35. & lib. de Agon. Chriſti. *Dulcedo inebrians*, quia per illam *perditur quodammo[...] mens humana & fit Divina: & eſt ſobria ebrietas, qu[...] non evertit mentem, ſed rapit ſurſum, & oblivionem p[...]ſtat omnium terrenorum.* Tertiò vocatur *Dulcedo omni[...] ad ſe trahens. Pro hac dulcedine ibant Apoſtoli gaudent[...]* inter Tyrannos & tormenta. *Pro hac emenda Barthol[...]mæus propriam pellem dedit. Pro hac guſtanda veneni p[...]culum intrepidus Ioannes potavit.*

S. Aug. *O Divinam Dulcedinem! O inexhauſtam, immenſam, interminabilem, ineffabilem! Vnam ſtellam hujus Dulce[...]dinis guſtavit Petrus, & clamavit quaſi ebrius: Bonum eſt, nos hic eſſe. Quid putas, dixiſſet, ſi magnam illam & multi[...]plicem Divinitatis Dei Dulcedinem guſtaſſet, quam ab[...]ſcondit timentibus ſe?*

Inter alios Divinæ Dulcedinis effectus duo ſunt ſtu-
pendi, mirabiles, videnturque ſibi eſſe contrarij : ea ni-
mirum dulcorantur *amara*, & amaricantur dulcia. De
primo effectu ait D. Auguſtinus : *Tu ſolus, Domine,* Idem.
*dulcis appareas anima mea, quia es dulcedo ineſtimabilis,*
*per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo*
*lapides Stephano dulcoravit, tua dulcedo craticulam Lau-*
*rentio dulcem fecit.*

Deſecnndo idem aſſerit: *Bonus eſt Deus, & non ceſſat* Idem in
*amaritudinem miſcere fœlicitatibus hujus ſeculi.* Cujus Pſ. 93.
ratio eſt, *quia bonus eſt Deus*, & per ſolas conſolationes
mundi ab amaritudine depurgatas *obliviſceremur Deũ,*
& anima ad eundem minimè recurreret

Hæc eſt Divinæ Providentiæ diſpoſitio, ut provi-
deat diviti & pauperi : pauperis dulcorando pauper-
tatem, & divitis amaricando opulentiam. Et hoc in-
nuere volebat Pſalmiſta, quando dixit: *Paraſti in dul-* Pſal. 64.
*cedine tua pauperi Deus.* q. d. plurima pauperi præpa-
raſti incommoda & tribulationes; at *in dulcedine tua*,
cum communicatione & participatione dulcedinis
tuæ, vi cujus amaritudo paupertatis dulceſcit, Multa
etiam bona præparaſti diviti; aſt benè dici poteſt,
*in amaritudine tua*, admiſcendo dulcedini illi multum
amaritudinis : veluti in pluribus quotidiana edocet
experientia.

Sed ut ad praxin deſcendamus, conſidera, qua ratione
omnes creaturæ ſint effectus Divinæ Suavitatis, omnes
participent guttam aliquam immenſi illius torrentis
Divina dulcedinis, ſintque tot veluti beneficia &
dona è benigniſſima ac liberaliſſima Altiſſimi manu
procedentia. Ac propterea, quocunque te vertes,
Divinam contemplaberis & guſtabis dulcedinem.
Si dulcis eſt aër te vivificans : ſi dulcis cibus te ſu-
ſtentans : ſi dulcis ſanitas, vita quoque ſi dulcis eſt,
perennis illius torrentis & fluvij guttulæ ſunt & im-
menſi illius Oceani Divinæ dulcedinis ſtellæ exiſtunt:
è rivulis bibe, at in proprio fonte, noli perſiſtere in
ſuavitate donorum, ad Donatoris tranſi dulcedi-
nem, & in eâ quieſces & ſatiaberis immerſus ei-
dem.

Apis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*S. Aug. de ſubſtantia Dilectionis*

Apis cape exemplum iuxta D. Auguſtini conſ
Ecce quàm exigua anguſtæque faui celiæ incluſa
ſe immergat ſuauitati mellis, adeò, vt nonniſi m
gat, videat & guſtet. Eodem modo, ô anima de
facies: *Suge, ſuge, & bibe Dominicæ dulcedinis ine
bilem ſuauitatem: immergere & replere: adhære &
re: ſumme & fruere.* O *fœlix cor, quod hoc melle
tur!* (exclamat Richardus) *& quod totus mund
non ſatiat, huius dulcedinis gutta plenè inebriat.* V
aduerte, quòd *in gaudio eius non miſcetur extrane*
eodêm corde conuenire nequeunt voluptas cæl
terreſtris, vera dulcedo Diuina & apparens dul
ſenſus.

*Richard.*

*Prov. 14.*

Impediunt quoque Diuinam dulcedinem ſuper
externæ occupationes. Quâ de cauſa conſulit S.
nardus, ut tali cum moderamine admittantur, *vt
trahat humana neceſſitas, non omninò excludatur D
ſuauitas:* coniungendo ſimul & ſemper neceſſitati
dorum contemplationis ſuauitatem. Talis era
Franciſcus Xauerius, qui in medio populi tumultu
ſtabat delitias cœli, & præ multitudine & abund
dulcedinis Diuinæ coactus erat dicere: *Sat eſt, Do
ſat eſt:* Quemadmodum Sanctus ille, qui, à Diuina
conſolationum ſuperabundantium abſorptus tot
precabatur Dominum, vt ſibi, veluti impotenti ad
tam ſufferendam dulcedinem, ſubtraheret man
*Contine, Domine, dulcedinis tuæ copiam, quia ſuſt
non valeo.* Concludamus hoc punctum, inſtantiſſ
petendo à Ieſu ſuauiſſimè mediante, Matre eius dul
ſima hanc Diuinæ dulcedinis gratiam, tanquàm pot
tiſſimum ſcutum, veluti magnus ille aſſerabat Anton
ad ſuperandos omnes inimicorum aſſultus & tentat
nes, ad deuincendas cunctas ſenſus adulatrices conſol
tiones efficaciſſimum. Dicamus cum S. Auguſtin
*Dulcis Chriſte, bone Ieſu, accende me totum amore
ſuauitate tua; iucunditate & exultatione tuâ, volupt
& concupiſcentiâ tuâ: & ſcribe digito tuo in pectore m
dulcem memoriam tui melliflui Nominis nullâ vnqua
obliuione delendam.*

*De natura Diuini amoris.*

*S. Franc. Xauerius*

*S. Arſenius*

*l. ſup. par. 4*

Ex hucuſque dictis in hoc capite euidenter collig
tu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ur, quantum à recto devient tramite illi, qui ſenſuum oblectamentis decepti in objectis ſenſibilibus terræ totum ſuum collocant amorem & affectum; minimè advertentes, non quodcunque bonum; ſed infinitum & increatum bonum: non qualemcunque pulchritudinem, ſed Divinam: non quamcunque dulcedinem, ſed æternam eſſe objectum amoris. Paſſio amoris donum à Deo datum eſt, ut eodem anima *ſummum bonum diligeret, diligendo poſſideret, poſſidendo quieſceret, quieſcendo frueretur.* Expurga igitur, O Chriſtiane, *amorem tuum, & aquam fluentem ad cloacam converte ad hortum.* Purifica cor tuum, amorem tuum à ſordibus terræ ad delitias cœli transferendo: *Vita cordis, amor eſt. Vnde ſine amore anima humana eſſe non poteſt. Et ſi fœliciter amat, fœliciter vivit: & ille ſolus fœliciter amat, qui Deum amat: & tantò fœlicius, quantò ampliùs.* Quicunque alius amor creaturarum, ſicuti non excludit omnem miſeriam; ità nec vitam noſtram efficit fœlicem.

*Magiſt. Sēt. S. Aug.*

*Idem.*

# CAP. VII.

## *De Naturâ Amoris DEI.*

ESſentia amoris Divini, Sanctorum Doctorum calculo, nil aliud eſt, quàm unio animæ cum Deo, unio animæ amantis cum Deo amato. Unio eſt non mortua; ſed viva & vitalis: quia eſt cum Deo vitæ noſtræ principio: non otiando, ſed ſemper pro Deo operando. Eſt unio conformativa, quæ ab Angelico dicitur: *Coaptatio affectuum*: quia *habet idem velle, & idem nolle* cum Deo. Eſt etiam unio transformativa, quia anima vi amoris exit à ſe, & intrat ad Deum: moritur ſibi, & vivit Deo: & moritur ſecundùm vitam intellectivam, non cogitando, nec amando *quæ ſua ſunt, ſed quæ IESV Chriſti*: & quandòque etiam ſecundùm vitam ſenſitivam & vegetativam cum defectu ſenſuum & propriæ vitæ.

*Dionyſ. de Div. Nom. c. 4.*

*Aug. 15. de Trin. c. 18.*

*S. Tho. 2. 2. q. 180 ar. 6.*

*Phil. c. 2.*

Ratio hujus eſt, quia, cum homo duplici g
vitâ, humana & Divina, nec ſimul utraque vive
ſit, æquum & juſtum eſt, ut moriatur vita hu
& vivat vitâ Divinâ, moriatur ſibi, & vivat
Gal. c. 1. *Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Chriſtus,*
bat Apoſtolus.

Ultra hanc unionem voluntatis & intellectus,
adhuc natura amoris petit unionem realem & pr
tiæ: quia perfecta amicitia utramque exigit præ
tiam, intentionalem, ſcilicet, & perſonalem: nam
fectus amor eſt *converſio amantis in amatum, qua*
S. Aug. l. 4. *poſſibile eſt.* Unde à D. Auguſtino vocabatur am
confeſ. c. 6. ejusdem, *Dimidium animæ ſuæ, & una anima in du*
*corporibus habitans, & alter ego.* Verùm, quia
fieri nequit per veram & realem unionem & tran
tationem, ideò hoc ipſum præſtatur per unionem
luntatis & præſentiæ. Quare, ut amor Dei ſit pe
ctus, hæc ſecunda unio addenda eſt, veluti deſider
Philp. c. 1. Apoſtolus: *Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Ch*
*ſto,* non ſolùm mediante fide, ſed media præſentia
& clara viſione Chriſti.

Inſuper hæc amoris unio, ut ultima ſua conſtitu
perfectione, debet eſſe actualis cum actuali amandi o
tione: veluti amor in Deo eſt, qui non eſt potent
nec habitus, ſed puriſſimus actus: & in Beatis habi
Charitatis ſemper conjunctus eſt cum actuali amo
De hoc dicetur capite ſequenti.

## CAP. VIII.

### *De Actibus Divini Amoris.*

PRincipales ſunt, amor, gaudium, deſiderium, lau
conformatio, transformatio & pax.

Et ut exordiamur à primo, dico, amorem Dei eſſe
duplicem: primus appellatur amor appretiativus &
amor excellentiæ: quando, comparando Deum cum
creaturis omnibus in genere & in confuſo, aut cum o-
mnibus in particulari, eligeremus potius, & mallemus
renun-

nunciare rebus creatis quàm Deo. Hoc eſt amare eum ſuper omnia *appretiativè*, æſtimare plus Deum, uam propriam ſalutem, honorem & vitam. Et perfectio hujus amoris non in eo duntaxat conſiſtit, quod omni proprio commodo præferamus gratiam Dei; ſed etiam quod pluris faciamus minimum Dei beneplacitum, quàm qualemcunque aliam rem creatam.

Alter amor, quo amamus Deum, vocatur amor complacentiæ, qui nil aliud eſt, quàm voluntas quædam & complacentia, quod Deus talis ſit, qualis eſt, eminentiſſimus & perfectiſſimus in ſeipſo. Unde ſi noſtrum velle eſſet efficax, veluti eſt velle Dei, amare Deum, certo quodam loquendi modo, idem eſſet, ac dare eſſe Deo. Et in hoc fundatum eſt illud commune Sanctorum dictum: *Amor ſolo amore penſatur.* Amor Dei amantis compenſatur ſolo actu amandi ipſummet Deum: nam ſi Deus amando nos, ſeipſum nobis donat; nos quoque, vigore voluntatis & affectus illius modo jam explicato, amando Deum donamus Deum Deo. Hic amor complacentiæ eſt effectus alterius cujuſdam actus, qui vocatur amor unionis, & eſt cauſa cujuſdam alterius, qui appellatur amor benevolentiæ, & eſt velle benè rei amatæ. Amor unionis primus & principalis virtutis Charitatis actus eſt: ſiquidem juxta Angelicum, *amor eſſentialiter eſt unio affectiva connotans realem*, deſiderando illam, quantum poſſibile eſt: & eſt ſimilis unioni ſubſtantiali, quæ intercedit inter materiam & formam, & inter corpus & animā: etenim ſicut corpus *facit unum cum animâ*, appetitque animam tanquam totale & ſubſtantiale ſuum complementum ac perfectionem; ita anima noſtra *facit unum* cum Deo, *in ratione perfectibilis & perfectivi*, appetitque Deum, veluti ſpiritum & animam ſuam, à quo recipit totalem ac Divinam ſuam perfectionem. O ſtupendam ac mirabilem vim amoris Divini! meritò exclamat S. Bernardus: *Magna res eſt amor, ſi tamen ad ſuum recurrit principium. Si non ex æquo, ſaltem de ſimili poteſt ſuo Auctori mutuam rependere vicem.* Quis explicare vales virtutem verbi hujus (*Amo*) quantæ utilitatis, quantæque efficaciæ ſit hic actus.

1. 2. q. 18. art. 1.

S. Bern. Cant. 8.

Quid aliud eſt, amo Deum ſuper omnia, niſi unionem cum Deo ? complaceo mihi in eſſe volo Deo omne bonum, & intrinſecum à ſeipſo extrinſecum à creaturis ? Et quid aliud eſt bon honor extrinſecus Dei , niſi bonum & ſumma intrinſeca creaturarum ? Ergò, ſi amando Deum omne bonum extrinſecum Dei , volo etiam omne bonum intrinſecum , ſummamque gloriam creatur (juxta cujuslibet capacitatem ) quæ eſt ultima Un perfectio. Ex dictis intelligetur definitio amoris per D. Dionyſium: *Amor eſt unio amantis cum am* ubi vox illa ( *unio* ) intelligitur *objectivè*, etenim jectum amoris non eſt quodcunque bonum; ſed *bonum unitum & poſſeſſum* : & ad hoc bonum tanquam proprium objectum terminatur unionis amor ; amorem unionis ſequitur amor excellentiæ ; & a morem excellentiæ amor complacentiæ ; & h amor benevolentiæ , uti dictum eſt , ac tand amorem benevolentiæ amor beneficentiæ; nam ve amor non duntaxat affectivus , verùm etiam effect eſſe debet.

2.2. q.28. art.1. Secundus actus eſt gaudij , *vel propter præſenti amati , vel etiam propter hoc , quod ipſi bono amato primum bonum ineſt & conſervatur* , & ſicut præſentia & cognitio perfectionum ejus perfecta erit in cœlo, etiam ibidem perfectum erit gaudium.

*Aug. li.14. de Civit.* Tertius actus eſt deſiderij perfectè poſſidendi ſu mum bonum amatum : *Amor inhians habere , qu*
*Philip. c.1.* *amatur , deſiderium eſt* , quemadmodum experiebat
*Caſſiod.* Apoſtolus , cùm dicebat : *Cupio diſſolvi , & eſ cum Chriſto.*

Quartus actus eſt laudis, *quæ procedit* , juxta Caſſio dorum, *ex nimio fervore charitatis , & ex nimiâ de lectatione ad Deum.* Ex gaudio , quod anima per cipit in Deo, prorumpit in laudem ejusdem, dando ipſi gloriam & honorem.

Quintus actus eſt perfectæ conformitatis voluntatis noſtræ cum Divinâ.

Sextus eſt actus transformationis , quo voluntas no ſtra quaſi tranſmutatur in voluntatem Dei , adeò, ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut non ſint duæ voluntates moventes; ſed una movens, quæ eſt Divina, & noſtræ ſolum exequitur. De utraque conformitate uberiùs tractabitur praxi ſequente.

Ultimus eſt actus pacis, quæ conſiſtit *in triplici unione*: cum nobiſmetipſis, propter perfectam ſubordinationem appetitus ſenſitivi ad rationalem: & cum Deo, *omnia, quæ facimus, referendo ad unum, ſcilicet, ad Deum*: & cum proximo, conformando nos in rebus convenientibus cum voluntate ejus, nam *in te amicabilia unum ponitur. identitas electionis* 2.2 q.28. Ariſt. Eth. c.4.

Hæ ſunt Divinæ operationes ſanctæ animæ à Divino amore poſſeſſæ. *Agitur & agit: & tùnc perfectè agit, cum agitur.* Amat, & amando gaudet, & gaudendo deſiderat, & deſiderando magis gaudere objecto, quo gaudet, jubilat in Divinis laudibus, in perfecta unione, transformatione & pace ſummi Boni. Divinæ operationes ſunt, quæ *in nobis Divinum ſtatum efficiunt.* Exercitium beatum: *præluſio vitæ æternæ.* Semper igitur & corde & ore dices, anima mea: Amo Deum meum, tanquam perfectivum meum & ſummum perfectivum; tanquàm primam & ſummam veritatem & intellectus mei perfectivam: veluti primam & ſummam bonitatem voluntatis meæ perfectivam: ac veluti primam & ſummam fœlicitatem meæ memoriæ perfectivam: & tanquàm infinitum bonum infinitè perfectum in omni perfectionis genere ſolum ac ſummum perfectivum totius animæ cum omnibus ſuis potentiis, totiusque corporis cum omnibus ſenſibus & membris. O ſummum meum Bonum *veni in me, & perfice me* perfectione ſupernaturali, cœleſti & Divinâ. Verùm adverte, O anima mea, principium perfectivum eſſe quoque deſtructivum. Si te Divino eſſe veſtire deſideras, neceſſe eſt, te totum ſpolies humano, quod contradicit Divino. Rom. c. 8. S August. S. Dionyſ.

Ab amore tranſi ad ſecundum actum gaudij, dicendo: in te, O Deus meus, gaudeo & lætor, quia ſummus, infinitus & æternus exiſtis, in Eſſentia tua, in attributis tuis, in Divinis tuis Perſonis: & gaudendo in te,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gaudeo & lætor quoque in me ipſo, ſicuti corpo
etiam in ſe de bono animæ ſuæ, in quantum hoc
num & perfectio ejus.

De gaudio deſcendes ad deſiderium: eteni
amor non niſi in præſentia & perfecta poſſeſſi
amatæ quieſcit. Et interea, quo hoc tibi minime
ceſſum eſt, hoc idem præſtabis & facies, quod fac
Divinâ ejus præſentia; quod eſt exercitium actu
quentium: laudis, videlicet, conformationis,
formationis & pacis: ſemper Deum laudando,
dicendo, & gratias ei agendo in omnibus rebus,
formando & conformando te ipſi tam in proſ
quàm in adverſis juxta Divinum ejus beneplacitum
ſervando te ſemper in quiete & pace imperturbab
S. Auguſt. ſtar quieſcentis *in ſinu Dei*, utpotè finis & ſcopi om
cogitationum & deſideriorum.

Ephe ſ. 5. Hæc eſt via regia, anima mea, quam inire deb
via amoris: *Ambulate in dilectione*, monet nos Apoſ
Hæc eſt vera Eclyptica veri ſervi Dei, imitando
qui nunquàm deviat à Zodiaco, ſed intra illum ſe
curſum ſuum perficit, tametſi non ſemper ſub iiſde
ita ſervus Dei ſemper progredi & perſeverare deb
via amoris, eſto non ſemper in iiſdem amoris acti
1. Ioan. 2. ſed variando illos *ſicut unctio docebit*.

O fœlix anima, quæ vivit & moritur in ſoci
amoris: O beata ſocietas, cùm te ſemper all
Divino & actuali amori, nec unquàm ab eodem
S. Methild. cedis aut devias. De ſancta quadam Perſona l
lib. 1, c. 6. tur, quod vice quadam digna facta fuerit vid
Divinum Amorem in forma humana, pulcherrim
& fulgentiſſimum, cui ſimul cum ſanctiſſima Virg
aſſiſtebat puerulus Jeſus veluti recenter natus in no
Natalis Domini, dixeritque Sancta illa Divino Am
*Amor dulciſſime, doce me, quid faciam pro Parvu*
Reſpondit: *Accipe me in ſocium tuum, & quæcun*
*agis, mecum agas, & in mea unione illi offeras.* N
diligenter verba illa: *Quæcunque agis, mecum agas*, qu
eſt idem dicere: omnis tua actio aut erit amor, aut pr
pter amorem, aut te occupabis in amando Deum, a
operaberis propter amorem Dei, cum quo ſemper co
veili

verſaberis, actualiter amando Deum, veluti Angeli in cœlis, vel amore elicito, vel imperato.

Hucusque de actibus Divini amoris, agamus nunc de modis exercendi illum.

## *Varij Modi Divinum exercendi Amorem.*

## CAP. IX.

### *De primo modo exercendi Divinum amorem per viam petitionis.*

PRimò & præ reliquis omnibus pro obtinendo puro ac Sancto amore neceſſariũ eſt, ut inſtanter & continuò illum poſtules à Deo, *à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum*. Omnia ſiquidem dona *Iacob. 1.* omnes gratiæ, & in particulari hoc donum charitatis, quod eſt donum donorum, gratia gratiarum nullam aliã agnoſcit cauſam quàm ipſum Deum.

S. Apoſtolus docet modum poſtulandi donum amoris: *Per orationem, petitionem, obſecrationem*. Primò, *1. Tim. 2.* *per orationem, quæ eſt aſcenſio mentis in Deum*: ſublevando ſe per conſiderationem æternarum manſionum in cœlis, ubi cœleſtes incolæ, ab omni amore terreno remoti, ardent purâ flammâ Divini amoris. Secundò, *per petitionem*, cum omni humilitate & ſubmiſſione, *unam petere à Domino, hanc requirere*, Sanctum, videlicet, & purum amorem. Tertiò, *per obſecrationem*, quæ *S. Auguſt. in Soliloq.* adjungit petitionis medium, ut, nimirùm illum petas per merita Sanguinis Chriſti, ejusque ſanctiſſimæ Matris.

Accedes igitur inſtar alicujus pauperculi & mendici, orbatus ſancto amore, & quocunque alio ſpirituali bono & dono, propriis duntaxat repletus imperfectionibus & peccatis, oſtiatim mendicatum ibis per ampliſſima cœleſtis paradiſi palatia, ab omnibus Angelis & electis Dei ad thronum uſque ſanctiſſimæ Trinitatis poſtulabis ſanctum & purum amorem per Sanguinem Chriſti & gratiam Mariæ Virginis.

Precaberis cum S. Auguſtino : *Da, Domine,*
*jubes, & jube quod vis. Fac me, Domine, ſen*
*affectum , quod ſentio per intellectum.* Et cu
Franciſco : *Amore amoris tui moriar , qui*
*amoris mei dignatus es mori.* Et cum S.
tio Lojola : *Amorem tui ſolùm cum grati*
*mihi dones , & dives ſum ſatis , nec aliud quid*
*ultrà poſco.*

Verùm, quia petitionis inſtantia dependet ab
matione rei , quæ petitur , æſtimabis hanc gra
eamque appretiaberis ſupra omnes alias gratias,
omnes creaturas , imò teipſo infinitè majorem,
Sap. 7. cendo cum Sapiente : *Præpoſui illam regnis & ſe*
*& divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.*
B. Henr. lis fuit petitio cujusdam Sancti , *Optavit & dat*
Suſo. ſap. 7. *illi ſpiritus : invocavit , & venit in eum ſpiritu*
*pientiæ.* Sicuti petiit Divini amoris gratiam,
tinuit. Comparuit huic Beato ſanctus Amor
formâ cujusdam juvenis infinito coruſcantis ſp
dore & decore , cujus in facie ſcriptum erat,
*chritudo* : in capite, *Æternitas* : in ore , *Suavi*
in veſte, *Fælicitas* : in manibus, *Rerum omnium a*
Prov. 23. *dantia.* Et converſus ad Beatum dixit ei: *Fili, pr*
*mihi cor tuum.* Ex quo aſpectu & alloquio adeò
accenſus fuit in amorem Dei , ut cultello , q
manu tenebat , ſcripſerit ( fundendo magnam ſ
guinis copiam ) in proprio pectore ſanctiſſim
nomen JESU , & è pectore, gratiâ Dei ſingulari
operante , ſcriptura illa tranſiit ad cor , cui nom
hoc ſacratiſſimum adeò firmiter inſculptum & i
preſſum fuit , ut ſemper Jeſum habuerit præſen-
tem, nec de alio cogitare aut loqui poterat,
quàm de ſuo perdilecto & dulciſſi-
mo JESU.

CAP.

# CAP. X.

## *De ſecundo modo per viam cooperationis.*

ULtra petitionem neceſſarium eſt ad conſequendum ſanctum Amorem, ut quis operetur & cooperetur Divinæ gratiæ.

Hæc cooperatio conſiſtit in duobus, nempe, in negatione cujuſcunque alterius amoris, & in frequenti exercitio Divini amoris: quæ duo à Divo Auguſtino vocantur: *Sæculi renunciatio, & ad Deum converſio.* S. Aug. lib. Hom. 37.

Primò neceſſarium eſt exacuare cor ab omni alio amore: veluti vas, explicat idem S. Doctor, adimpleri nequit uno liquore, niſi primò evacuetur ab altero: *Vis, ut intret mel, unde acetum nondum fudiſti? Funde, quod habes, ut capias, quod non habes.* q. d. ſi cor repletum tenes acerbo mundani amoris aceto, quomodo illud adimplere poteris prædulci melle Divini amoris? effunde vanum amorem, ut replearis vero amore.

Explicat idem S. Doctor exemplo manus, quæ, quamdiu rem aliquam apprehendit & tenet, omninò incapax eſt alterius rei capiendæ, niſi primò deſerat illam, quam tenebat: *Putate amorem hominis, quaſi manum animæ. Si aliquid tenet, tenere aliud non poteſt: unde ſi amat ſaculum, Deum amare non poteſt, occupatam habet manum.*

Quænam eſſet iſtius vecordia & dementia, qui, manum repletam habens pulvere, ne pulverem proiiceret, non caperet ſceptrum & coronam auream, quæ illi porrigeretur? Major eſt hominis Chriſtiani cœcitas, qui *occupatam habet manum*, nempè, amorem, in pulvere & vanitate mundi, & ne ab illa abſtrahatur, non amat, nec deſiderat coronas & ſceptra, quæ ei promittuntur in cœlis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Secundum, in quo conſiſtebat cooperatio, eſt
amoris exercitium. Quia juxta Philoſophum,
*citium & actus ſunt cauſa habitus*, & habitus vi
acquiruntur ex frequentatis actibus; ipſe verò
juxta doctrinam S. Thomæ conſiderari poteſt
*dum intenſionem; durationem & multitudinem*.
Opuſc. de dilect. c.10. tenſio triplex eſt: *vehemens*, *vehementior*,
*mentiſſima*. Triplex quoque eſt duratio: *diu*
*diuturnior, diutiſſima*. Multitudo pariter eſt tri
*frequens, frequentior, frequentiſſima*.

1. Timot. 4. Proponit S. Thomas conſilium Apoſtoli: *Exe*
*ad pietatem*, ad amorem Dei, *in actibus cordis*,
*operis*. Amando Deum, loquendo de Deo, ope
propter Deum actibus intenſis & continuis.
nequeant eſſe continui per *identitatem*, ſint con
per *multiplicationem*, multiplicando ſæpè eun
actum, quomodò Sancti Seraphini faciebant, qu
quoties repetebant *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*.
ſidera, quomodò intenſiſſimum illud Divini am
incendium, quo Deus amat, & in ſeipſo ardet, non
mittit, ut ametur à creaturis actibus frigidis & remi
Unde defectui huic Beda attribuit caſum Adami Pr
parentis noſtri, quià remiſsè agebat & converſabatur
Deo: *Adam, quia remiſſus fuerat in pulchritudine gr*
*quam conceperat, amiſit eam*.

Quod ſi in hoc ſancto exercitio actibus intenſ
vehementibus cooperatus fueris Divinæ gratiæ, D
num conſequeris amorem.

# CAP. XI.

## *De Tertio modo per viam exempli.*

PRimò Deum imitaberis in amore. Deus primo
infinitâ & comprehenſivâ ſuâ cognitione cognoſ
infinitam ſuam Bonitatem & Pulchritudinem. Deind
ex hac cognitione pullulat amor quidam pariter infini
tus, appretiativus, & intenſivus infinitæ cujusdam æſt
mationis & intenſionis. Tertiò ex hoc amore naſcitu

com

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

communicatio, quâ ſe communicat creaturis, donando nobis, quantum dare poterat: *Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.* *Omnia veſtra,* explicat S. Auguſtinus, *ſive ſuperiora ad fruendum, ſicut fruimur ſanctiſſima Trinitate, Patre, Filio & Spiritu Sancto: ſive æqualia ad convivendum, ſit convivimus Sanctis & Angelis: ſive inferiora ad utendum,* idque, uti exponit S. Thomas, *ad uſum vel realem,* juxta neceſſitatem vitæ humanæ: *vel mentalem,* ſecundum cognitionem, nam ex cognitione creaturarum aſcendimus ad notitiam Creatoris.

S. Thomas opuſc. de dilect. Dei.
1. Cor. 3.
S. Auguſt.

Et quidem in particulari per quinque gradus, veluti docet S. Thomas, deſcendit ad nos Amor & Benignitas Dei: primus gradus eſt Naturæ: ſecundus Gratiæ: tertius Gloriæ: quartus Unionis: quintus Miſſionis Spiritus Sancti; Etenim elargitus eſt nobis dona Naturæ, Gratiæ, Gloriæ, Unionis: ac inſuper dedit nobis proprium Filium, propriumque Spiritum. Et hæc eſt prima Idæa Amoris Dei.

Imitaberis igitur Deum in cognoſcendo Deum, imitaberis in amando ipſum, imitaberis quoque, cum gratitudine correſpondendo donis Dei. Quapropter per eandem ſcalam, per quam ad nos deſcendit charitas Dei, aſcendere debet amor noſter ad Deum.

Primò, per primum gradum Naturæ, amando in illa Authorem Naturæ: *Si iſta diligis, ut ſubjecta dilige, ut famulatia dilige, ut arrham Sponſi, ut munera Amici, ut beneficia Domini, & non propter ſe, ſed propter illum dilige.*

S. Aug. lib. de dilect. Dei.

Secundò, per ſecundum Gratiæ, ſemper operando propter finem ſupernaturalem, & filiorum adoptionis inſtar amando Deum: ſiquidem participamus de propriâ ejus Natura mediante gratia.

Tertiò, per tertium gradum Gloriæ, deſiderando ſemper amare Deum, amore perfectiſſimo, ſicuti in gloria.

Quartò, per quartum gradum Unionis, deſiderando nos unire & conjungere ſuæ Divinæ Majeſtati.

Quintò, denique, ſi nobis dedit proprium Verbum & Amorem, & nos vice verſa eadem ipſi offeramus compēſantes tantam gratiam & favorem.

Secun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Secundò imitaberis amorem Chriſti. Sancti
Chriſti anima ab inſtanti creationis ſuæ amavit D
ſummo & intenſiſſimo amore, idque triplici ti
primò, quia perfectè cognoſcebat infinitam Dei b
tatem per ſeipſam infinitè amabilem. Secundò pro
ſumma dona gratiæ & gloriæ, quæ à liberalitate De
ceperat. Tertiò, quia mediante unione cum Per
Verbi à Deo receperat quoddam eſſe Divinum, q
videlicet, ſit verus Filius naturalis Dei & verus De
Ex hac cognitione & amore naſcebatur in Chriſto
tius actus perfectiſſimæ correſpondentiæ & confor
tatis cum Divinâ voluntate. Et quia vidit voluntat
Patris eſſe noſtram ſanctificationem; totum ſe d
nobis quantum dare poterat, fundendo etiam propri
ſanguinem pro ſalute proximi. Quemadmodum p
quanto cum majori impetu percutit parietem, t
cum majori vehementiâ reſilit & reflectitur: tanqu
petra quædam, quantò magis aſcendit in altum, t
cum majori velocitate redit in terram: veluti radius ſo
ris, quantò directiùs ferit ſpeculum, tantò intenſius
flectitur in ſeipſum: non abſimili ratione amor Chri
quia intenſiſſimè ferebatur in Deum, eadem cum inte
ſione deſcendebat ad bonum proximi.

Quo ad hunc amorem conemur imitari Chriſtu
Amemus Deum, & Chriſtum in Deo toto cordis af
ctu, tùm ratione illius, quod eſt in ſeipſo, nempe ſu
mè bonus & amabilis, tùm etiam ratione illius, quo
eſt in nobis, quia, nimirùm, eſt cauſa tot tantarumq
gratiarum, conformando nos propterea in omnibus cu
Divinâ ejus voluntate, exponendo etiam propriam v
tam pro gloriâ ejus, & ſalute proximi.

Tertiò, imitari quoque debemus, tanquam ſecun-
dum poſt Chriſtum exemplar, amorem Matris Dei
erga Deum. Qui fuit continuus ſine interruptione,
intenſiſſimus ſine diminutione, & puriſſimus ſine
alio amore. Primò erat continuus: quia ſi hæc per-
fectio conceſſa fuit Angelis, qui ab exordio conver-
ſionis ſuæ ad Deum nunquàm ceſſarunt ab actuali Dei
amore, multò magis ea concedenda eſt B. Virgini, quæ
in eſſe gratiæ cunctis Angelis longè ſuperior erat,

*Suarez 3. diſp. 8, S. Bernard. ſerm. 51.*

æque

neque ab actionibus externis, in quibus *non interrumpebat*, ſed *aliquantò remittebat* actualem amorem, impedita erat, neque etiam per ſomnum avocebatur, quia aliam ſcientiam, aliasque habebat ſpecies ſibi à Deo infuſas, quibus independenter à ſenſibus operari poterat. Secundò omnis actus amoris in ipsâ erat intenſiſſimus: tùm quia perfecto gaudebat Dominio ſuorum actuum, unde involuntariè diſtrahi non poterat, ſed voluntariè ſemper eligebat actualiter occupari cum Deo; tùm quia nullum habebat impedimentum, neque fomitis, neque malæ inclinationis, neque intrinſecarum dæmonis tentationum: tùm denique, quia dotata erat omnibus mediis & auxiliis gratiæ, auxiliisque ſupernaturalibus ad perfectiſſimas operationes diſponentibus. Tertiò erat puriſſimus amor ille ſine alterius amoris mixturâ. Talis quoque erat amor naturalis in B. Virgine; etenim idem ille, quem naturaliter amabat tanquam filiũ, erat etiam Deus, *& ad amandum Filium*, uti benè notat Anſelmus *non ſolùm gratia, ſed etiam natura impetu ferebatur*. Et cauſa tàm eminentis charitatis fuit, *Quia habuit gratiam ſufficientem ad ſtatum*, tanta enim ei communicata fuit gratia & charitas, quanta competebat ſtatui & dignitati Matris Dei. Unde ſicut hæc dignitas, cùm ſit *ſuperioris ordinis*, cæteras omnes ſuperavit dignitates & officia aliorum Sanctorum etiam Angelorum, ita amor ſolius virginis ſine comparatione major extitit charitate omnium aliorum Sanctorum comprehenſis etiam Angelis. Sed de hoc exceſſivo amore B. Virginis uberiùs agetur in ſecunda parte.

*De excell. B V. c. 1.*

*S. T. p. q. 7. art. 10.*

Ad hanc charitatis perfectionem cor noſtrum ſeſe ſublevare debet per imitationem. Et ſi eundem charitatis actum continuare nequeat, ſuppleat eundem per frequentiam & multiplicationem diverſorum actuum: & ſi noctis tempore, quo corpus dormit, haudquaquàm tibi conceſſum eſt, ut mens vigilet ad Deum, ſomnus ad minus ſit propter Deum, cunctique reſpirationis actus, tot veluti actus amoris, offerantur ad gloriam Dei, qui eos ſic acceptabit, uti cuidam ſanctæ Perſonæ revelavit, dicens: *In veritate deſiderium ejus adimplebo.* In veritate ut tales illos acceptabo.

*B. Methil. Bloſ. Mon. Spir. c. 6.*

Quò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quò ad intenſionem actuum, imitaberis B. Virg. ſemovendo omne impedimentum, & totali applica. occupando te in Deo ac in puritate amoris, exclude omnem alium amorem.

*S. Dionyſ. de Angel. Hier. c. 7.*

Quartò imitaberis Seraphinos cœleſtes, qui calef. pellantur ab incendio amoris, ac ſuo nos docent exem plo quinque Divini amoris proprietates, & ſunt: Semp. mobile. *Interminabile, Calidum Acutum,* Semper ferv. *dum.* Ipſi enim ſemper ſunt in actuali amore Dei, & ſ. termino & menſura vel intenſionis; vel temporis c. perceptione vitali Divinæ dulcedinis (*Amor* namq. ut ait Richardus, nil aliud eſt, quàm *dulcedo amo.* & penetrando intima Dei, in ipſummet Deum ſe tra. formare nituntur.

*Richard.*

*Opuſc. de dilect. Dei.*

S. Thomas quatuor alias Seraphici amoris aſſign. conditiones: prima, eſt *in materia nobilis*, quia qu. tatur ſolùm in Deo: ſecunda, *in forma cognoſcibilis*, q. cognoſcunt & vident ſuum amorem: *tertia, in quan. tate magnus*, juxta magnitudinem cognitionis: quar. *in pondere ſtabilis*, nam ſemper idem eſt in intenſione & in fervore.

O Spiritus cœleſtes, Seraphini cœli, militiæ cœleſt. Principes, veram ardentis veſtri amoris impetrate no. bis imitationem, agite, ut cor noſtrum ſit *Semper mobi.* à Deo, in Deum, in motu Divini amoris: *Inter. minabile*, ſine termino, at ſemper curet in amore cre. cere & proficere: *Calidum* calore vivifico & vitali a. moris experimentalis Divinæ dulcedinis: at velut *Acutum* penetret intima Dei per transformationem: & tanquàm *Semper fervidum*, ut fiat idem cum Deo. Impetrante nobis, ut materia & objectum amoris noſt. ſit aliud: utque moraliter ſimus certi, quod ſtemus in gratia ſanctâ Dei, ſit amor noſter intenſus, liber ab omni offenſâ Dei, ac ſemper ſtabilis in ſuâ perfectione & fervore.

*Rom. 6.*

Quintò, capies quoque exemplum amandi Deum à vano Mundi amore: *Humanum dico, ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire iniquitati, ita nunc exhibete ſervire juſtitiæ.* Hoc dixit Apoſtolus humanæ con- deſcendendo fragilitati. Si imitari nequeamus ſanctum amorem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amorem Angelorum, ad minus ab amore hominum
capiamus exemplum, & eodem fervore, quo homines
mundani inſerviunt creaturis, eaſque diligunt, diliga-
mus nos Deum: *Nihil abſurdum*, docet Climacus, *Clim.grad.*
*vel iniquum facere videbimur, ſi ab humanis rebus amo-* 30.
*ris Dei exempla cœperimus.* Unde concludit: ***Beatus,***
*qui tali in Deum fervet amore, quali turpis amator in eam*
*mulierem, quam diligit, flagrat.* Hoc idem affirmat
S. Joannes Chryſoſtomus, dicens, amatorem Chriſti *S. Chryſ.*
debere ſe gerere mundani inſtar amatoris vano turpique
obcæcati amore: *Sicut procus, qui non ſpectat niſi ama-*
*ſiam, & amaſia, fit ei omnia.* Conſidera, quomodò
talis amans de alio non cogitet, non loquatur, nihili
æſtimet divitias, ſanitatem, imò propriam vitam; & talis
eſſe procura erga Deum: *ne filij hujus ſæculi prudentiores* *Luc.* 16.
*ſint filiis lucis*, ne filij hujus ſæculi diligentiores ſint in
quærenda ſua perditione, quàm nos ſimus in procuran-
da ſalute noſtra.

# CAP. XII.

## *De quarto modo amandi Deum per viam deſiderij.*

AMor nil aliud eſt, quàm deſiderium unionis, qua
quis intimiori poſſibili modo unitur rei amatæ.
Unde Apoſtolus vocat amorem Dei *Deſiderium diſſol-* *Philip.* 1.
*vi & eſſe cum Chriſto.* Hunc amorem exercere debe-
mus erga Chriſtum.

Conſidera Chriſtum, quomodò ſit *Totus deſiderabilis,*
*Finis deſideriorum, Electus ex millibus.* Conſidera eum *Cant.* 5.
uti vitam noſtræ vitæ, cordis noſtri centrum, finem no- *S. Aug.*
ſtrorum deſideriorum. Ut famelicus deſidera Panem
veræ vitæ; ut ſitibundus accurre ad fontem aquæ vivæ:
ut miſer, pauper & omni orbatus bonò anhela ad eum,
qui ſolus te beare poteſt.

Tale fuit exercitium ſanctum & continua occupatio
Sáctorũ, vivere in deſiderio Chriſti: *Mihi vivere Chriſtus*
*eſt*, dicebat Apoſtolus: vita mea eſt deſiderium Chriſti;

vita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vita mea ſuſtentatur per deſiderium Chriſti, re
vitæ meæ nonniſi deſiderium Chriſti eſt. Interr
S. Petrus cur continuò lachrymaretur, reſpondi
*S. Ignatius Lojola in ej' vita.* *dero Dominum.* Et noſtri S. Patris unicum e
derium *evolandi ad Chriſtum*: unde magna cum
tia alloquebatur Dominum cum Prophetâ: *E*
*cuſtodia animam meam ad confitendum nomin*
Ama igitur Chriſtum, O anima mea, p
deſiderij. Conſidera primò, quantum bon
Chriſtus, & deindè corde & affectu deſidera, &
ad Chriſtum. Dic cum mellifluo Bernardo: *D*
*S. Bernard.* *te millies, Mi Ieſu, quando venies? Me lætum quando*
*Me de te quando ſaties.*

# CAP. XIII.

## *De Quinto modo praxis amoris Dei p viam gaudij.*

*S. Aug. lib. de virgin. c. 27.* G*Audium ſervorum Chriſti*, aſſerit Auguſtinus
*de Chriſto, in Chriſto, cum Chriſto, poſt Chri*
*propter Chriſtum.*

*De Chriſto*, cibando nos de Chriſto in Sacram
altaris. *In Chriſto*, habitando in Chriſto. *Cum Chr*
converſando cum Chriſto. *Poſt Chriſtum*, per im
tionem. *Per Chriſtum*, per merita ejus. Propter Chriſt
propter gloriam Chriſti.

Cujus adducit rationem, quia *accedendo ad Chri*
*illuminatur ignorantia, corroboratur infirmitas:*
*ſibi, & intelligentiâ, quâ videat, & charitate,*
*ferveat.* Cùm anima appropinquat ad Chriſtum,
cenditur lumen intelligentiæ in intellectu, ac charita
fervor inflammatur in voluntate.

Chriſtus ergò veri gaudij objectum eſt, & medi
conducens ad Chriſtum eſt crux & tribulatio. Qu
*Phil. 3. & 4.* propter dicebat Apoſtolus: *Gaudete in Chriſt*
gaudete in Domino & infinitis ejus perfectionibu
Gaudeo & lætor, O Deus meus, ſummum Bonu
meum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deum, te eſſe infinitum & incomprehenſibilem in teipſo, infinitum in Eſſentia, infinitum in Attributis, infinitum in Perſonis. Tu ſolus potentiſſimus, ſapientiſſimus, optimus: *O gaudinm meum! Gaudium ſuper gaudium,* S. Aug. ſolil. *vincens omne gaudium, extra quod non eſt gaudiū! quandò* cap. 35. *intrabo in te, ut videam te?* Secundò ſubjunxit Apoſtolus (ſemper) etenim gaudium debet eſſe continuum, ſicuti 1. 2. q. 21. cauſa ejus continua eſt, immutabilis, & invariabilis, quæ art. 6. eſt Divina Bonitas in ſeipſa, & eſt continuum, notat S. S. Bern. Bernardus, in ſua cauſa, quæ eſt amor & complacentia ſerm. 5. de Divinarum perfectionum in ſeipſis, eſto non ſit conti- quadrag. nuum in paſſione conſequente, quæ eſt lætitia & gaudiū.

Tertiò repetit Apoſtolus: Iterùm dico gaudete: videlicet in occaſione tribulationum & cruc s: unde idem dicebat: *Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* Nam ut 2. Cor. 7. docebat S. Franciſcus fratrem Leonem, vera lætitia non Chron. li. 1. conſiſtit in altis & ſublimibus revelationibus; ſed in c. 48. multis tribulationibus & injuriis patienter & ſponte perpeſſis propter amorem Dei. Ergò, Chriſtiana anima, gaude & lætare in Chriſto, gaude in cruce Chriſti, at propter gloriam Chriſti, hæc enim via eſt, quæ conducit ad Chriſtum. Hic eſt modus gaudendi continuò & in omni tempore tam conſolationis, quàm tribulationis. Quandò aliqua reficeris conſolatione, gaude in Chriſto: quando opprimeris tribulatione, gaude in cruce Chriſti: O vita beata, vita gaudij, participatio æterni gaudij! O duplicatum gaudium in Chriſto & in cruce Chriſti!

# CAP. XIV.

## *De ſexto modo per viam laudis.*

MAximum opus, quod Chriſtianus homo præſtare Pſ. 44. & poteſt, teſte D. Auguſtino, eſt laudare Deum: 86. *Summum hominis opus non eſt, niſi laudare Deum.* Laus eſt amoris effectus; ſiquidem qui amat, deſiderat manifeſtari & publicari rei amatæ excellentiam, quod ſit mediante laude: unde ait D. Auguſtinus: amare eſt laudare: S. Aug. ubi *& ſi ſemper Deus amatur, ſemper à nobis laudatur.* ſup.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pſal.86.* O Beatum exercitium continuæ laudis Dei!
*qui habitant in domo tuâ, Domine! in ſæcula ſ*
*laudabunt te. Vnde beati?* petit Auguſtinus,
*aurum? habendo argentum? habendo honores!*
*Vnde beati? In ſæcula ſæculorum laudabunt te.*
*beati otioſo negotio. Laudare Deum, hoc erit totum*
*tium noſtrum, ſine defectu, Alleluja.*

Sub triplici titulo Deus à nobis laudandus eſt:
mò, propter id, quod eſt in ſe: ſecundò, propter
ficium Creationis: tertiò, propter beneficium R
*Apoc. c. 4. & c. 6.* ptionis. Ad eum modum vidit S. Joannes Angel
dantes Deum in Paradiſo: primò, propter id, q
ſe eſt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus*
*potens: qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt.* Sec
propter Creationem: *Dignus es, Domine, accip*
*riam, & honorem, & virtutem: quia tu creaſti om*
*per voluntatem tuam erant, & creata ſunt.* T
propter Redemptionem: *Dignus eſt Agnus, qui*
*eſt, accipere virtutem & Divinitatem, & Sapi*
*& fortitudinem & honorem, & gloriam & benedi*
Et progrediendo ulteriùs in laude dices: Benedi
*Dan. 3.* ſemper ſanctiſſima Trinitas, Pater, Filius & Sp
ſanctus. *Laudabilis, & glorioſus, & ſuperexalta*
*ſæcula.* Laudatus ſit Pater in ſuâ potentiâ: *Laud*
*& glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.* Laudatus
lius in ſua ſapientiâ: *Laudabilis, & glorioſus, &*
*exaltatus in ſæcula.* Laudatus ſit Spiritus ſanct
ſuâ bonitate: *& laudabilis, & glorioſus, & ſuper*
*tatus in ſæcula.*

*Benedictus Deus in donis ſuis, & Sanctus in operibus*
*laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſæcula.*

Benedictus ſit in cœlo, in terrâ, in Angelis, in Ho
nibus, & in omnibus Beatis & Sanctis paradiſi: *Lau*
*bilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.* Benedi
ſit in ſua ſanctiſſimâ Paſſione: *Laudabilis, & glorio*
*& ſuperexaltatus in ſæcula.* Benedictus in ſuâ ſan
cruce, in clavis, in flagellis & ſpinis: *Laudabilis,*
*glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.* Benedictus
in ſuâ morte, in Reſurrectione, & Aſcenſione
cœlum ad dexteram Patris: *Laudabilis, & glorioſ*
*& ſu*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſuperexaltatus in ſæcula. Confitemini Domino, quoniam* [...]*nus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.*

Et quia Deo ſuper omnia ſummopere placet bonitas [...] ſanctitas, laudabis Divinam ejus Majeſtatem in iisdem [p]erfectionibus decantando canticum illud Seraphicum: [S]*anctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: [P]lena eſt omnis terra gloria ejus. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domine IESV Christe, Tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, [T]u ſolus Altiſſimus, Ieſu Chriſte.* Subjungendo deinde [c]um S. Bonaventurâ: *Sancta, Sancta, Sancta, Maria, Dei genitrix, Mater & Virgo. Pleni ſunt cœli & terra Majeſtatis fructus ventris tui.*

Hoc igitur ſit principale tuum negotium. Ama Deum corde quodam Seraphico, Dei amore inflammato, in Divinis excellentiis illuminato, & laudem Dei connecte amori.

# CAP. XV.

## *De ſeptimo modo per viam Conformationis cum voluntate Divina.*

PErfectiſſimus modus amandi Deum eſt per medium unionis & conformitatis cum ſanctiſſimâ ejus voluntate; eo ipſo enim quo voluntas noſtra ſe conformat Divinæ, applicat amorem ſuum eidē objecto ſummi Boni, quod eſt proprium Divinæ voluntatis objectum. Unde talis modus conformandi nonniſi amare eſt: quia eſt conformitas in amore, cùm voluntas noſtra idem amet objectum, quod amat Divina. O conformitas perfectiſſima! O conformitas ſanctiſſima, conformitas amoris! quæ nos in amando comparat & aſſimilat Deo, noſtrumque amorem ſimilem efficit Divino, nam ſicut Amor Dei *vult ſe & omnia propter ſe.* Ad eundem modum amor noſter vult Deum, & quod eſt extra Deum vult propter ipſum Deum.

S. T. 2 p. q. 19. art. 9.

S. T. 1. p. q. 19. art. 1.

Amemus igitur Deū, conformādo nos voluntati Dei. Hoc ſit totum deſiderium noſtrū, ut quæramus cognoſcere & exequi voluntatem Dei. Quemadmodū cervus,

 inquis

*S. Climacus grad. 15.* inquit S. Climacus, *æſtuat ad aquarum fon-*
*ſervus Dei ad Divinam Voluntatem agnoſcendam*
*quendam.* Tale erat deſiderium S. Franciſci X.
hanc ſolam gratiam poſtulabat mediante ſuo P.
tio: *Divinæ voluntatis agnoſcendæ & exequendæ*
*tem.* Lumen ad cognoſcendam, & facultatem
quendam Divinam voluntatem: ſuper omne
creatum opum, honorum, vitæ, minimum etiam
re beneplacitum Divinæ voluntatis: & è contra
omne malum etiam mortis & inferni odiſſe
offenſam etiam leviſſimam & venialem Bonita-
næ voluntati Dei contradicentem.

Pro praxi ſemper corde & ore dices: *Fiat, D*
*voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra: non mea*
*voluntas fiat.* Fiat voluntas tua à nobis in terra
perfectione, qua fit ab Angelis & Sanctis in
*S.T.I.2.q.28.art.10.* *in re, in modo, in fine, in cauſa.* Sive id, q
ſponis, vergat in meam conſolationem, ſive
mortificationem: ſive id executioni mandand
diante vita, ſive morte: *Non mea; ſed tua volun*
cum majori poſſibili perfectione: cum omnibus
circumſtantiis: propter finem ſummæ bonitatis
joriſque gloriæ. Idque totum propterea, quia tu
& ego *ſuper omnia bona* æſtimo velle tuum, ſup
ſanitatis, opum, honoris, ipſiuſmet etiam vitæ
illud præpono, æſtimoque *ſuper omne malum*, e
potius omnia ſufferre mala, quàm habere malu
tui, cui valdè familiaris eſt elongatio à Divina
luntate, in cujus comitatu omne malum (malo
excepto) induit rationem boni, omne incommod
transmutatur in conſolationem, & omnis pœna
vertitur in gaudium.

Hic erat vivendi modus S.S. Apoſtolorum, qui
per immobiles hærebant in Divinâ voluntate: hic
rum reſpondendi mos & conſuetudo erat in omnibus
*Act. 21.* bus: *Domini Voluntas fiat.*
*Ioan. 8.* Hæc eadem Chriſti vita erat, dicentis: *A meipſo fa*
*Ioan. 14.* *nihil; ſed ſicut mandatū dedit mihi Pater, ſic facio: & De*
*Ioan. 6.* *de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed ejus, qui m*
*Ioan. 4.* *me, donec dies eſt*, per totum tempus vitæ meæ.

Ecce me, Domine, promptiſſimum ad exequendam per Divinam tuam Voluntatem, in omni tempore, omni loco, in omni occaſione: *in proſperis & in adverſis: in vitâ & in morte: in tempore & in æternitate.* *ce me facere voluntatem tuam, quia vita mea* (gratiæ *Pſal. 142.* gloriæ) *in voluntate tua eſt:* in cognoſcenda volun- *Pſal. 29.* e tuâ, & in eadem adimplenda.

Denique huic ſeriò attende & invigila, ut voluntas Dei magnes tuus, & dux in omnibus actionibus tuis: & a Deum exequendo ſemper voluntatem Dei.

# CAP. XVI.

## *De octavo modo per viam pacis.*

PAx conſiſtit in quiete cordis, quando cor non divi- 2. 2. q. 29. ditur in multas res, ſed quieſcit in unâ ſolâ: & hæc uies reperitur in Deo, quando mediâ charitate cuncti oſtri appetitus, omnia deſideria referuntur ad Deum, c in eo ſolo uniuntur. Quam ob cauſam Deus appel- *Rom. 15. &* atur ab Apoſtolo: *Deus pacis*, quia, ut notat S Thomas, *alibi.* *olus Deus auctor eſt pacis.*

In praxi, amabis Deum per viam pacis, præcludendo oſtium cordis omni deſiderio creato, & aperiendo illud unico deſiderio Dei. Dices cum Regio Propheta: *Domine, ante te omne deſiderium meum.* Omnia mea *Pſal. 17.* deſideria, Domine, non niſi in te, ut in ſcopum ſuum collimant.

Totum hoc Univerſum percurre & obambula: inſpice, perſpice & reſpice cunctas creaturas, in nullâ reperies pacem, nulla tuæ creationis finis eſt. Conſidera ex unâ parte omnia terræ bona, ex alterâ ſolum Chriſtum: ad primum intuitum dices cum S. Ambroſio: *S. Ambroſ.* *Abrenuncio tibi Munde. Abrenuncio* divitiis tuis, honoribus & voluptatibus. *Abrenuncio tibi Caro*, cunctisque tuis oblectationibus & commoditatibus, quas deſiderare potes. *Abrenuncio tibi Sathana*, omnibus dignitatibus & pompis, quas mihi promittere potes. Ad intuitum Chriſti dices: *Conjungor tibi Chriſte*, tibi, *Idē ubi ſup.*

O Chriſte unicum meum bonum, pax cordis me[illegible] trum animæ meæ, meorumque deſideriorum [illegible] mentum, inſeparabili æternaque unione mecon[illegible] Nec unquàm cogites aut credas te per aliam vi[illegible] ram pacem pertingere poſſe, niſi per totalem acim[illegible] bilem omnium creaturarum renunciationem.

*In ejus vitâ.* De Beato Laurentio Juſtiniano legitur, quod [illegible] ventute ſua ſtruebat inſidias mundi hujus volup[illegible] & pompis ut ibidem reperiret pacem; unde ap[illegible] cœleſtis Sapientia Divini amoris *vultu ſplendidi[illegible] Sole ſplendidior*, dixitque: *Adoleſcens, cur cor tuū [illegible] Quod quæris, apud me eſt: ſi me ſponſam accipere de[illegible] pacem, quam quæris, certiſſimè polliceor. Et dat[illegible] gaudens, ut videbatur, diſceſſit.* Placuit Beato [illegible] leſcenti hæc invitatio, ut hac frueretur pace, [illegible] quoddam monaſterium, ſumens ibidem Religio[illegible] bitum. Conſidera, Divinum Amorem hoc ide[illegible] dicere: *Quod quæris, apud me eſt*, quæris pacem? [illegible] mitte creaturarum amori, ſuſcipe amorem meum, [illegible] curè eandem invenies.

# CAP. XVII.

## *De nono modo per viam Orationum Iacu-toriarum.*

*S. Aug.* *S. Chryſoſt.* ORationes jaculatoriæ à Sanctis Aſpirationes [illegible] les appellantur: quia ſicut corpus vivit per [illegible] *inſpirationem*; ita anima per *Divinas Aſpirationes*, Tri[illegible] *Caſſiod. col. 9. de or. c. 36.* conditionibus, ſecundum Caſſiodorum, debent eſſe [illegible] ſtructæ: *Sint breves, frequentes, raptim jaculatæ.* Que[illegible] admodum reſpirationes corporis ſunt breves & frequ[illegible] tes; tales quoque debent eſſe aſpirationes animæ. S[illegible] *Zach. 9.* etiam ardētes: *Exibit, ut fulgur, jaculum ejus*, puta, ora[illegible] jaculatoria ſubitò attingens ſcopum; verùm advertē[illegible] quod Divina aſpiratio ſupponat cœleſtem inſpiration[illegible] Divinæ gratiæ, quæ excitat & movet animam ad Deum [illegible] & hæc ſupponit purificationem cordis liberi ab om[illegible] affectu & amore creato: *Sicut ſtuppa* (& eſt exemplum [illegible] *De myſt. Theol. p. 3.* D. Bonaventuræ) *radio ſolari expoſita ſtatim accenditur, ſic anima per iſtas aſpirationes accendit ad Dei amorem*

d. ſicut arida ſtupa, Solis expoſita reflexioni, ſubitò cenditur; ita anima in ſeipſa purificata, & exſiccata omni humore terrenæ affectionis, poſita in præſentiâ vini Solis, mediantibus hiſce orationibus brevibus & dentibus, in ſe ſubitò cõcipit flammam Divini amoris.

Ut igitur ſancto huic exercitio apti & habiles evadaus, efficaciſſimum medium eſt puritas cordis: cor omni creaturarum amore vacuum, totumque ſancto Dei more replecum fornacis inſtar igne Divino accenſæ coioſas diffundit amoris ſcintillas, totum ſe transformando, & quaſi convertendo ſe in cor Divinum.

Verùm accedamus ad praxin & modum exercendi has Divinas aſpirationes. Ipſum docet S. Bonaventura, & continet tres actus: *Meditari, Amare, Aſpirare.* *Loc. cit. de Myſt Theolog.*

*Primò, præcedat Meditatio proprietatem vocabuli ad ſenſum anagogicum transferendo. Secundò, ad amorem illum reducat. Tertiò in Deo afficiatur.* Exemplifica hanc praxin in Oratione Dominica: & in prima voce, *Pater*, conſidera meditando, qua ratione non ſolùm ſit Pater per creationem, verùm etiam per adoptionem: ſiquidem non tantùm dedit tibi eſſe naturale; ſed propriam quoq; ſuam Naturam Divinam mediante gratia: ac propterea ipſam tanquam Patrem adeò liberalem & amantiſſimum amare & revereri debes. Et quia amor eſt impatiens moræ & abſentiæ boni amati, Affectibus amore turgentib[9], dulcibuſq; aſpirationibus ad perfectam ejus unionem & viſionem beatam aſpirare debes, intimo dicendo corde: *Quando ero verè filius tuus? Quando te vero amore cõſtringam? Quando te diligam intimis viſceribus meis?* Eundem modum ſervabis in aliis vocibus *Pater noſter*.

Hæc eſt interior occupatio, qua anima ſe præſentare debet coram Deo, totam ſe occupãdo in Divino amore.

Hac mediãte, inquit D. Auguſtinus, anima certo quodam modo ſe ſuſtollit ad ſtatũ fœlicem vitæ beatę: *Deum credere & ad illum ardenter aſpirare, quodammodo illum cernere, atque tenere eſt*, quemadmodum illum vident & poſſident Sancti in æterna beatitudine. *lib. med.*

Et ut magis deſcendamus ad particularia, ſuppeditabimus exempla quædam exercendi has orationes per omnes charitatis actus ſupra enumeratos.

*Oratio Iaculatoria Amoris.* Primò, dices cum S. Auguſtino: *Amem te, Pulch[…] infinita, Bonitas æterna, Majeſtas immenſa.*

*Gaudij.* Secundò, *Gaudeam de te, gaudium meum: g[…] pro te, tota ſuavitas mea.*

*Deſiderij.* Tertiò, *Deſidero te, Deus meus; inhio ad te, […] vitam animæ meæ, in quâ vivo, per quam mor[…] quam ſuſpiro.*

*Laudis Pſal. 145.* Quartò, *Lauda anima mea Dominum: & omni[…] intra me ſunt, nomini ſancto ejus.*

*Conformationis Trãsformationis.* Quintò, *Non mea, Domine, ſed tua fiat Volunta[…]*

Sextò, *Vivo ego, jam non ego, vivit ver[…] Chriſtus.*

*Pacis.* Septimò, *In pace indipſum, dormiam & requi[…]* In Deo, qui ſolus per eſſentiam omne meum bonu[…] ſemper quieſcam.

Et maiori cum brevitate, conformiter ſuggerit […]tus ſanctus, dicere poteris: *Amem te, Domine, Gau[…] de te. Cupiam te, & Laudem te conformatus & tran[…]matus in te, requies mea, & pax mea Deus.*

Proderit quoque habere jaculatorias aliquas […] alias familiares, easque frequenter repetere, vel[…] more habebant plurimi Sanctorum. S. Franciſcus di[…] ſolebat: *Deus meus & omnia.* S. Ignatius Lojola: *N[…] præter te, Domine.* S. Franciſcus Xaverius: *Bone Ieſu, C[…]tor mi.* Sancta Catharina: *Cor mundum crea in me D[…]* B. Joannes: *Amor meus Ieſus.*

*Alphonſ. Rodrig.* Magnus quidam Dei ſervus hac aliâ utebatur oratio[…] *IESV, Maria, Amores mei dulciſſimi, patiar ego, moriar […] amore veſtri totus ſim veſter, & nullo modo meus.*

*Tom. 4. ſerm. 17.* Coronidem imponam huic capiti ſubijciendo qua[…]dam praxin orationum jaculatoriarum ſingulis diebu[…] per ſeptimanam dicendarum, quas multum deprædicav[…] S. Bernardinus ſenenſis, ac veluti ultimo ſuo nobis lega[…]vit teſtamento.

## Pro die Dominicâ.

*Amantiſſime Ieſu, præſta quæſo, ut poſſim te amare.*

## Pro die Lunæ.

*Amantiſſime IESV, vellem te amare; ſed non poſſum ſine te.*

Pro

Pro die Martis.

*Amantiſſime IESV, accende me amore tui.*

Pro die Mercurij.

*Dulciſſime IESV*, *da mihi profundiſſimam humilitatem, per te languentem*, & fac, ut ſim veluti mortuus mundo.

Pro die Jovis.

*Dulciſſimme IESV, fac me pro te mori.*

Pro die Veneris.

*Dulciſſime IESV, fac me pro te crucifigi.*

Pro die Sabbatino.

Dulciſſime JESU, fac me peregrinum per gratiam miſericordiæ tuæ, in te æterno gaudio quieſcere.

## CAP. XVIII.

### *De decimo modo per viam amoris ſuiipſius.*

ESto nonniſi unicum adeſſet proprij commodi motivum, boniq; proprij amor, hic tamẽ ſufficientiſſimus eſſet ad perſuadendum nobis ſanctum amorem Dei.

Quis crederet, quod proprius noſter amor, æquâ ſi mentis trutinâ pondararetur, ſemper conſpiceretur unitus amori Dei, & amando nosipſos, traheremur ſimul ad amandum Deum? O quot quantisque modis & viis, Domine, voluiſti obligare nos ad amandũ te! ita voluiſti, ut amando me, amem te: & non amando me, nec etiam amem te: & amando te, amem quoque me; & non amando te, nec etiam amem me; etenim ita veniti ſunt, ſimulq; conglutinati hi duo amores, ut unus inferat alium, & ceſſante uno ceſſet quoq; alter. Veritas hæc fũdata eſt in hoc principio, quod Deus non ſit res quædam extrinſeca, & extra nos exiſtens; ſed res intrinſeca & debita nobis:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia eſt vita animæ noſtræ, veluti anima eſt vita co[r]
noſtri : *Duæ ſunt vitæ*, ( docet Auguſtinus P[...]
ſerm. 2. ) *una corporis, altera animæ: ſicut vita c[...]*
*eſt anima , ſic vita animæ eſt Deus. Quomodo[...]*
*ma deſerit , corpus ; ſic anima moritur , ſ[...]*
*Deus.*

Suppoſitâ hac veritate noſtra probatur concl[...]
quia anima amando ſe, amat propriam vitam: & am[...]
propriam vitam, amat Deum, utpotè, vitæ ſuæ p[rinci-]
*Aug. lib. de* pium: *quia non vivit de ſe, ſed de Deo.* Ergò amand[o]
*vera Inno-* amat Deum, & proprio noſtri ipſius amori eſt incl[...]
*centia cap.* ſanctus amor Dei. Qua de cauſa Dominus Deu[s]
375. dedit aliud præceptum amoris noſtri : ſiquidem c[om-]
*S. Tho. ep.* prehendebatur in præcepto amoris Dei : amando[...]
*de dilectio-* Deum , amamus nos ipſos , ac propriam noſtram [vi-]
*ne.* tam.

Unde infert idem S. Auguſtinus conſequentiam [ſa-]
luti neceſſariam, quod *non ſecundum ſe , ſed ſecun[dum]*
*ſe , ſed ſecundum Deum vivere* debeat homo: [...]
vivere debet dependenter à ſuo principio vitæ , q[ui]
eſt Chriſtus. Et ſicut corpus non recipit vitam [à]
ſed ab anima, nec vivit per ſe aut propter ſe, ſed [per]
animam & propter animam ; ita anima vivere no[n de-]
bet ſecundum proprium ſpiritum ; ſed ſecundum [ſpi-]
ritum Dei dependenter à Deo , veluti principio v[...]
*lib. de verâ* Qui vivit *ſecundum ſe , & non ſecundum Deum* ( [...]
*innocent.* idem S. Doctor ) *ſimilis eſt diabolo , quia nec An[gelus]*
*c. 371.* *ſecundum Angelum , ſed ſecundum Deum vivend[us]*
*fuit , ut ſtaret in veritate* , q. d. Qui vivit ſecund[um]
proprium ſenſum & voluntatem, & non ſecundum [vo-]
luntatem & motum Dei , ſimilis eſt Dæmoni, qu[i]
principio renuit ſubordinari & ſubiici Deo : unde [...]
homini duntaxat, ſed Angelo quoque neceſſarium fu[it]
vivere vita Dei , non propriâ : ut ſeſe conſervar[et]
in gratia Dei , qui eſt veritas ; *Ut ſtaret in veri-*
*tate.*

*Coloſ. 3.* Hanc eandem veritatem longè ante D. Auguſtinum
tradidit Apoſtolus , quando dixit , *Vita veſtra abſcon-*
*dita eſt cum Chriſto in Deo.* Vita veſtra ad ſimilitu-
dinem Chriſti eſt in Deo ; Etenim ſicut Humanita[s]

Chriſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[C]hriſti vivebat de Deo, vobis etiam de Deo vivendum [e]ſt. Aſt dicitur *vita abſcondita*, quia pro hoc ſtatu [n]on apparet pulchritudo gratiæ, & multò minus gloriæ. [E]t ſicut *in Deo vivimus*, ita *in Deo movemur & ſumus*. Idem enim, quod eſt principium vitæ, motus quoque principium eſt: *& ſi vivere mihi Chriſtus eſt*, ſequitur in optima conſequentia, *quod mori lucrum*. Ratio ſecundum S. Thomam eſt, *quia quilibet ad lucrum reputat, quando vitam, quam habet imperfectam, poteſt perficere: ſic infirmus ad lucrum reputat ſanam vitam.* Reputabat Apoſtolus pro lucro mortem, nam per illam perfectiùs poſſidebat Chriſtum, vitam ſuam; veluti infirmus multùm judicat lucrari cum ſanitate, quia conſequitur vitam perfectiorem.

Actor. 17.
Philip. c. I.
S. Thom.

Ex dictis pro hac praxi quinque eliciuntur: primum, Chriſtum eſſe vitam noſtram. Secundum, Chriſtum eſſe noſtram operationem, quia ſecundum S. Thomam, *idem eſt ſpiritus vitæ & operationis*: ab eodem principio, à quo ortum ducit vita, oritur etiam operari. Tertium, amorem noſtrum eſſe amorem Chriſti, & amare nos ac propriam vitam, idem eſſe, ac amare Chriſtum. Quartum, mediante morte perfici vitam noſtram, quia perficitur poſſeſſio Chriſti. Quintum, ſemper nobis aſpirandum eſſe ad vitam perfectiorem, nempe ad beatam perfectamque unionem cum Chriſto, Vita noſtra: nec non dicendum cum S. Auguſtino: *O vita, cui omnia vivunt! Vita, quæ das mihi vitam: Vita, quæ es mea vita: Vita, per quam vivo, ſine quâ morior: per quam reſuſcitor, ſine qua pereo: per quam gaudeo, ſine qua tribulor! Hoc mihi tecum pactum erit, dulciſſimè IESV, plenè moriar mihiipſi, ut tu ſolus in me vivas.*

Solilog. I.

# CAP. XIX.

## *De undecimo modo per medium odij ſuiipſius.*

Cajetanus. PRoprius amor noſter in triplici ſtatu conſideratı teſt: in ſtatu naturæ, gratiæ, & peccati. In pri & ſecundo ſtatu amor proprius eſt bonus, ſiquid bona naturæ & gratiæ ſunt dona Dei, ac vera bo digna vero amore objecta: in tertio ſtatu amor propri eſt malus, quia peccatum eſt verum malum, objectu odio, non amore dignum.

Igitur odium ſanctum, mirum in modum comm datum à Sanctis & à Sancto Sanctorum Christo Mag ſtro noſtro, concipiendum eſt in defectus & pecca noſtra, uti & in propriam concupiſcentiam & fomite in quantum ad peccata inclinat. Hâc ſuppoſitâ verita ſequitur, quod amare Deum eſt odiſſe nos ipſos, & odi nos ipſos, eſt amare Deum, & eſt perfectus mod amandi Deum, odiſſe nos ipſos.

Ratio eſt, quia idem habitus, qui inclinat ad ama dum bonum alicujus objecti, inclinat etiam ad odi habendum malum illi contrarium. Eodem ergò ha bitu amoris Dei, quo amamus bonum Dei, odimu etiam peccatum. Odium ſanctum, odium benedictum, ſancti amoris indiſſolubilis comes, beatus, qui te poſſi-
S. Bernard. det! *Beata mens, quam ſibi totam vendicavit ſapor boni,*
ſerm. 13. *& odium mali.* Hoc magnum illud paradoxon eſt, quod
B. Ægid. celebris ille ſervus Dei dicere ſolebat: Si vis amare Dei, oderis teipſum, & quantum creſcis in odio proprio, tantundem creſces in amore Dei.

Ut veniamus ad praxin, perſuaſum habe, unicum tuum inimicum eſſe corpus tuum & proprium ſenſum, qui de nullo alio ſollicitus eſt, niſi ut te conducat ad æternam mortem. Inimicus eſt, & à D. Auguſtino vocatur crudelis tyrannus, qui languore ſuo ſe opponit, & pugnat contra animam, nec vinci poteſt abſque in-

vocatione

vocatione auxilij Capitanei ac Imperatoris noſtri Chriſti Domini: *Languore rebellat adverſus te. Languor iſte tyrannus eſt: ſi vis tyranni te eſſe victorem, Chriſtum invoca Imperatorem.* *De verbis Apoſt. ſerm. 12.*

Contra hoſtem talem quinque debes exercere actus: primum cognitionis, oculum cognitionis tuæ tenendo ſemper apertum propriis tuis defectibus & peccatis, ſicut & infernalibus pœnis, quas pro illis merebaris. Secundum odij, abominando ac deteſtando quamcunque defectus & peccati umbram. Tertium gaudij, ſi qua opprimeris tribulatione aut anguſtiâ, acceptando illam, pœnæ, quam promereris veluti partem. Quartum interioris mortificationis: mortificando cum abnegatione interna cuncta ſenſus deſideria. Quintum mortificationis exterioris: mortificando etiam ſenſus externis pœnitentiis.

In hoc exercitio odij contra teipſum, pariter ſancti amoris erga Deum vacabis exercitio. Quemadmodum in motu corporali, ut docet S. Thomas, *receſſus ab uno termino à quo, eſt acceſſus ad alium terminum ad quem*; *S. Thom.* ita in via ſpiritus magnus fit progreſſus, cum quis elongatur & diſcedit à ſeipſo mediante ſuiipſius odio. In hac praxi & exercitio multum excelluerunt Sancti, qui, quandò in actuali Dei amore non ſe occupabant, omnem ſuam curam & diligentiam impendebant ſuiipſius odio & deſpectui, ut propterea expreſſam geſſerint figuram ſcalæ Jacob, in quâ Angeli non ſemper aſcendebant, ſed quandoque etiam deſcendebant, ſemper tamen intra Deum, ipſum benedicendo & laudando. Talis quoque debet eſſe vita tua, anima mea, aſcendere & deſcendere, amare & odiſſe debes. Cor tuum petat odium tibi, & Deo amorem: hæc gratia ſemper petenda eſt à Domino, nempe odium ſanctum cum ſancto amore: veluti hanc gratiam recepiſſe legitur B. Jacopon. Cui duæ *B. Iacopon.* fuere communicatæ viſiones & cognitiones: una Chriſti, ſuiipſius altera. Per primam acquiſivit perfectum amorem Chriſti abſque omni præmij emolumento, & plangendo ſemper præ dulcedine amoris, dicere ſolebat: *Ego ploro, quia amor non amatur.*

Per

Per ſecundam perfectum ſuipſius odium aſſecu
unde totum ejus deſiderium poſitum erat in pat
& patiendo ſummam ſentiebat pacem & lætitiam
continuo ſuipſius odio paritèr reperiebat conti
Chriſti amorem.

# CAP. XX.

## *De ultimo modo per medium Amori proximi.*

*S. Dionyſ. de Divin. Nom. c. 4. 1. p. q. 20. art. 2.*

PRoprietas amoris eſt, *quod amantem extra ſe ip
& quodammodò in amatum transferat.* Quod
D. Dionyſium & S. Thomam locum etiam hab
amore Divino, in quantum eſt communicativus b
tatis ſuæ ad extra. Unde amor Dei non continetur
taxat intra Deum; verùm etiam ſe diffundit extra De
ad creaturas & effectus procreandos.

Suppoſita hac veritate amoris Dei, ad ſimilitudi
illius amor noſter quoque procedere debet: ita ut
ſolùm amemus Deum in ſe ipſo, ſed etiam extra ill
non ſolùm amore intenſivo; ſed etiam extenſiv
effectibus ejus, & in creaturis præſertim rationep
ditis, in quibus ſpeciali modo exhibetur & relucet
go Dei.

*Serm. 26. de Verb. Dom.*

Praxin modi hujus docet S. Auguſtinus. Conſide
inquit, proximum, veluti Chriſti ſubſtitutum, tanqu
aliquem Vice-Chriſtum, relictum à Chriſto in loc
ipſiusmet Chriſti, & quod Chriſtus reſpiciendo prox
mum dicat: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, m
feciſtis.* Veluti ſi dives quidam, ait S. Auguſtinus, habe
multas pecunias aliis concreditas, & ipſe non indigen
illis, donaret eas cuidam ex pauperioribus amicis ſu
diceretque debitori ſuo: *Quod mihi debes, huic ſolve;
quod huic feceris, mihi feceris.* Ad eundem modũ Chriſtu
multa nobiſcũ habet debita: ſiquidem omnia, quę ſunt i
poteſtate noſtra, imò vitã propriã infinities ei debemus
Omnia hæc debita vult à nobis ſolvi non alteri niſi prox
mo, dicendo: *Quod uni ex illis feceris, mihi feceris.*

*Matth. 25.*

Et veritas horum deſumpta eſt ex verbis illis S. Joannis: *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* q. d. Chriſtus expoſuit vitam ſuam per nobis, & nos eandem exponere debemus pro proximo: quia debitum hoc Chriſtus tranſtulit in proximum: ac vitam, quam debemus Chriſto, idem vult à nobis exponi in commodum proximi. *Epiſt. 1.*

Hic parumper ſubſiſtes, ò anima mea, conſiderabisq; quantùm debeas Chriſto tot tantisq; titulis Creationis, Redemptionis, Juſtificationis, &c. Abs dubio tantùm debes, quantùm potes, quantum es: obligaris itaque totam exponere vitam, imò millenas, ſi tot tibi eſſent, in ejus ſervitium & obſequium: quotidiè pro ejus amore ſanguinem profundere & millena ſubire martyria deſiderare deberes. Chriſtus itaque vult, ùt totum hoc perſolvas proximo tuo, ac præſtes perſonæ fratris tui, quod ipſi præſtare teneris, & cum hoc planè debiti ſui ſolutionem recipiet. Quapropter Sanctus ille Eleemoſynarius, cùm gratiæ ipſi referebantur à quodam paupere, non immeritò dicere ſolebat: *Neſcis, quantùm tibi debeo.* q.d. quod facio, reſpectu ejus, quod facere debeo, valdè parùm eſt, cùm tibi etiam propriam debeam vitam: conſiderabat enim, quod vitam, quam debebat Chriſto, exponere deberet pro paupere Chriſti, cui Chriſtus ceſſerat debiti ſui ſibi perſolvendi obligationem, pauperem loco ſui ſubſtituendo creditorem. *S. Ioannes Eleemoſin.*

Et hæc ſufficiant de praxi Divini amoris ad laudem & gloriam ipſiusmet Amoris.

EXER-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# EXERCITIU[M]
## TERTIUM

### *Conformitatis Voluntatis Huma[næ] cum Divinâ.*

## Caput I.

### *De naturâ conformitatis huius, nec n[on] rationibus ad eandem nos obligantibus.*

PErfecta conformitas voluntatis humanæ cum [Divi]nâ, juxta mentem S. Bernardi, *eſt unitas* [ſpiritus] *idem.* Non eſt unio duarum voluntatum, ſed una ſola voluntas: *Qui adhæret Deo, unus ſpiri[tus eſt.]* *Vt ſint unum, ſicut & nos unum ſumus.* Etenim cam voluntas humana ita ſubordinatur & transf[orma]tur in Divinam, ut renunciando ac negando q[uod]cunque proprium velle, remaneat quaſi non vol[untas] *ſed voluntas Dei in eâ,* uti ait Propheta: non rem[aneat] ultra voluntas propria, ſed voluntas Dei: non plius voluntas humana, ſed Divina: & ſi [vult] non propter velle vult; ſed propter executio[nem] duntaxat illius, ad quod proclivem conſpicit vo[lun]tatem Dei. Quâ de cauſa conformitas vera me[ntis] *eſt per modum unitatis, non per modum unionis:* qu[ia a]nima conformata Deo unam ſolam habet voluntat[em] cum Deo: cum voluntas Dei ſola ſit, quæ movet, [et] humana ſolùm exequatur.

De vitâ ſolitariâ.
1. Cor. 6.
Ioan. 17.
Iſaias 62.

Perg[it]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pergit ulterius Bernardus, dicendo, quod vera con-
mitas non ſolùm *eſt unitas volendi idem* ; ſed *aliud*
*am velle non valendi* : non tantùm ſe privat actu ;
rùm etiam potentiâ : non ſolùm vult ; ſed nonniſi il-
d, quod Deus vult, velle poteſt : *Etiamſi velit, non*
*teſt facere contra voluntatem Dei*, aſſerit S. Ambroſius *S. Ambroſ.*
ndatus in dicto Apoſtoli Joannis : *Qui natus eſt ex Deo,* *Pſal.* 118.
*n facit peccatum, nec poteſt facere.* Quod ſi habitus 1.*Ioan.*3.
tioſi talis vis eſt & potentia, ut moraliter hominem im-
otentem reddat ad bonum; quantò magis virtus cõfir-
ata & radicata in Voluntate Dei animam reddet inha-
lem ac moraliter impotentem ad operandum aliquid
ontra voluntatem Dei ? Perfecta igitur conformitas
it quædam quaſi impotentia faciendi voluntatem pro-
riam contra voluntatem Dei.

Inſuper hæc conformitas non ſolùm *eſt per modum*
*nitatis*; ſed, uti docet Angelicus, *eſt per modum opera-* 2.2.q 3.*art.*
*tonis, per modum addiſcentis à Deo Doctore, & per mo-* 1.2.*q*.110.
*um mobilis à Deo movente.* Etenim non tantùm unit
e voluntas Divina cum humanâ ; verùm etiam opera-
ur in eâ, illuminando ipſam, veluti Magiſter illuminat
iſcipulum ſuum ; & movendo ac gubernando illam,
icuti eques equum, cui inſidet, movere & gubernare
olet, juxta Apoſtolum : *Glorificate, & portate Deum* 1.*Cor.*6.*ubi*
*n corpore veſtro : ſicut equus ſeſſorem* ut exponit S. Tho- *S.Thom.*
mas. Divina igitur voluntas unit ſe noſtræ inſtar for-
mæ cujuſdam aſſiſtentis, inſtar intelligentiæ cujuſdam
non errantis, purgando, illuminando & perficiendo
voluntatem noſtram : *Deus illuminat, immutando in-* 1. *p. q.* 106.
*tellectum & voluntatem : & purgat à defectibus intel-* *art.*2. *ad* 1.
*lectus & voluntatis : & perficit in finem intellectus &*
*voluntatis. Sicut ſi dicamus, viſum corporalem purgari,*
*in quantum removentur tenebræ : illuminari verò, in*
*quantum perfunditur lumine : perfici, ſecundum quod per-*
*ducitur ad cognitionem colorati.*

Et hæc ſatis de eſſentia virtutis hujus. Videamus
modò rationes nos ad hanc conformitatem obligantes,
quarum duæ ſunt : prima univerſalis eſt, & omnibus
communis : ſecunda propria eſt juſtorum & in gratiâ
Dei exiſtentium.

*1.2. q.93.* Prima, quia, ſi voluntas Dei æterna lex eſt, in-
*art.1. & 1.* bilis, ac prima regula cujuſcunque bonæ opera-
*p.q.2.ad 2.* è contra verò, voluntas humana eſt lex imperfe-
in operari defectibilis, Divinæ ſe conformet vo-
humana, & ab illa voluntas humana reguletur,
gatur ac guberne:ur, neceſſe eſt. Et hæc ſubo-
tio neceſſaria eſt: quia ſicut Deus eſt cauſa univ-
*1.p. q. 103.* omnium rerum, ita etiam *eſt univerſalis guber-*
*art. 5.* *quia ejusdem eſt rem producere, & ei perfectionem*
*quod ad gubernationem pertinet.* In nobis ergo
conſideranda ſunt principia: intrinſecum unum
eſt ratio & voluntas humana: extrinſecum
*1. 2. q. 19.* quod eſt ratio & voluntas Divina. Humana
*art. 4.* non eſt ſufficiens ad rectè gubernandum,
quantum eſt gubernata & regulata à De-
*Pſal. 4.* *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui*, Do-
Lumen rationis humanæ debet eſſe regula noſtr-
*S.Thom.* actionum, at in quantum *eſt lumen vultus Dei,*
*loc. cit.* *derivatum à vultu Dei.*

Secunda ratio eſt unio voluntatis Divinæ cum
mediante gratia. Nam, ut benè docet Angelic-
*1.p.q. 43.* juſtificatione noſtra *non ſolùm datur nobis gratia*
*art. 4.* *etiam ipſemet Spiritus ſanctus datur, & mo-*
*2 Pet. 1.* *Vt per gratiam efficiamur Divinæ conſortes Na-*
Adeò, ut ſi Deus non eſſet in anima juſti per
butum immenſitatis, eſſet ibidem per unionem
tiæ. Hæc unio ex triplici probatur capite. Pri-
quia anima juſti juxta Apoſtolum, eſt vivum & ve-
Dei Templum: ergò propriè & realiter hoc in-
*1. Cor. 3.* tare debet Deus: *Neſcitis, quod Templum Dei eſtis*
*& Spiritus Dei habitat in vobis?* Secundò, quia
fecta amicitia, veluti illa eſt, quam contrahit gra-
non affectivam duntaxat; ſed etiam realem & effe-
vam amantium inter ſe requirit præſentiam. Ter-
*Suarez. li.* quia gratia veros & proprios Dei Filios, licet adoptiv-
*12. de Tri-* nos efficit, ergò per unionem & communicationem
*nit. c. 5.* propriæ Naturæ: *Videte, qualem charitatem de-*
*1. Ioan. 3.* *nobis Pater, ut Filij Dei nominemur, & ſimus.* Et-
metſi nobilitas Filiorum Dei in ſtatu gloriæ ex co-

nna

manifeſtanda ſit; in præſenti nihilominus vita *per gra-*
*tiam & virtutem*, aliquo modo manifeſtatur & pate-
t: *Sicut lux abſcondita in manibus apparet per rimulas* S. Th. l. cit.
*digitorum.*

Hâc igitur ſuppoſita veritate, quod Deus cum attri-
butis ſuis, cum Perſonis Divinis, Patre, Filio & Spiritu
Sancto verè ac propriè reperiatur *per illapſum* in anima
mediante gratia, debet ille, tanquam primus motor,
imperio Divinæ ſuæ voluntatis regere & gubernare vo-
luntatem noſtram: Etenim *in omnibus potentiis motivis* 1. p. q. 81. ar.
*ordinatis ſecundum movens non movet, niſi virtute* 3. in corp.
*primi moventis.* Inferior potentia, uti voluntas hu-
mana eſt, moveri & regulari debet à ſuperiori, qualis eſt
Divina.

Modus ſubordinationis hujus (docente ita eodem
Angelico) exſculpendus eſt & deſumendus ab exemplo
Chriſti, qui ſecundum Humanitatem in omnibus
*movebatur nutu Divinæ voluntatis, & ſecundum volun-* 3. p. q. 118.
*tatem rationis nihil volebat, niſi quod ſciebat Deum velle.* art. 1.
Conſidera igitur ſanctiſſimam illam Chriſti animam,
quomodò per ſcientiam beatam & infuſam ſemper ac
continuò contemplabatur æterna Divinæ voluntatis
decreta, iisque in omnibus perfectiſſimè ſe conformare
procurabat, *in re, in modo, & in fine.* Primò, *in re*:
*Quæ placita ſunt ei, facio ſemper: & à meipſo facio* Ioan. 8.
*nihil.* Secundò, *in modo*: *Sicut mandatum dedit*
*mihi Pater, ſic facio.* Tertiò, *in fine*: *Non quæro*
*gloriam meam, ſed ejus, qui miſit me, Patris.*
Similis huic ſit noſter operandi modus, neceſſe eſt:
ſemper lumine ſanctæ fidei contemplando ſcopum Di-
vini beneplaciti, ei nos in omnibus conformando,
& volendo hoc idem, quod Deus vult, &
in modo, & propter finem, quem
ille intendit.

# CAP. II.

## *De effectu huius Conformitatis.*

EFfectus, quem hæc in animâ cauſat confor-
fructusque inde proveniens mirabilis eſt: ſiqui-
volun atem noſtram non ſolùm efficit ſupernatura-
• Ioan. Rus- ſed etiam Deiformem & Deificam: *Eſt autem vol-*
*broch. de* *Deiformis ſeu Deifica, quâ quidquid volumus, pr-*
*virtut. c.* 9 *Dei gloriam volumus.* Nam ſicuti voluntas ſeci-
1. 2. *q.* 18. conformiter docet Angelicus, vocatur *voluntas hu-*
*art.* 2. *na, per participationem, in quantum eſt nata obedi-*
*tioni*, ita humana dici poteſt Divina & Deifica, *par-*
*ticipationem, in quantum eſt nata obedire Divinæ,* c-
formando noſtram cum Divinâ.

*Serm.* 62. S. Bernardus ſupra verba illa Apoſtoli: *Nos a-*
*Cant.* 2. *revelatâ, facie gloriam Domini,* exponit (*volunt-*
2 *Cor.* 3. *Domini*) *ſpeculantes, in eandem imaginem transfor-*
*mur.* Unde concludit: Transformamur, cùm con-
mamur: quia conformare ſe cum voluntate Div-
idem eſt, quod in illam transformari, & Deific-
*Et ſi perſcrutatio Majeſtatis formidoloſa,* ſubjungi-
*Prov.* 25. dem Sanctus, *quia ſcrutator Majeſtatis opprimitur*
*gloria: ſed voluntatis* (*ſcilicet ſcrutatio*) *tam ſ-*
*quàm pia.*

Quare conformitas meritò appellatur à D. Bonave-
turâ & aliis *Deiformitas: Conformitas eſt Deiformita-*
Quia eſt virtus quædam, quæ format, & quaſi informa-
animam noſtram novâ quâdam & Divinâ formâ, qu-
eſt voluntas Dei, & dum Natura Dei ſe communicat,
ſua quoque Divina communicat attributa. Primò
efficit animam immobilem, cùm ſoli voluntati Divinæ
S T. 1. *p. q* immutabili innititur: *Tunc enim mens humana à va-*
49. *art.* 7. *nitate libera eſt, cùm Deo innititur: quia ſolus Deus*
*Rom.* 1. *immutabilis eſt: Ego Deus, & non mutor.* Secundò
*Aug.* facit eam impeccabilem, quia *Peccatum eſt contra legem*
*Toletus l* 3. *æternam, qua eſt voluntas Dei, aut eſt voluntarius à Di-*
*c.* 1. *Summa vinâ regulâ, id eſt, voluntate receſſus.* Qui ergò ſemper ſe
confor-

onformat voluntati Dei, conſervando ſe in hoc ſtatu,
non peccat, nec peccare poteſt. Reddit quoque ani-
nam quodammodò omnipotentem: *Qui ſunt volun-* S.Bon.to.2.
*tati Divinæ conformes, ſunt quaſi Dij ſuæ voluntatis,* Diat.Salu.
*omnipotentes.* Mutant namque voluntatem propriam tit 8. c.1.p.
in Divinam, quæ in illis rebus, quas Deus abſolutè vult, p.q.19. art.
*ſemper impletur.* Inſuper virtus hæc animam adimplet 6.
omni conſolatione & dulcedine: *Non eſt aliud ſpirituale*
*gaudium* (docet S. Bonaventura) *quàm ſpiritualis con-* S. Bonav.
*formitas cum voluntate Dei.* Et tale eſt, ut ſuperet, Diat.ſalut.
tollatque omnem amaritudinem. Sit quantacunque tit 8.cap 1.
tribulatio, quotiescunque in illâ conſideratur Divinæ tom.2.
voluntatis beneplacitum, grata redditur, & amabilis.
Quia juxta doctrinam Angelici: *Qui amat aliquid ſe-* S.Th.cõtra
*cundum ſe, & propter ſeipſum, amat per conſequens omnia,* Gent. c.76.
*in quibus illud invenitur, ut qui amat dulcedinem per ſe-*
*ipſam, oportet, quod omnia dulcia amet.* Hæc dulcedo
per eſſentiam eſt voluntas Dei: ergò non tantùm eſt
amabilis in ſe; ſed etiam quodcunque aliud objectum
tale efficit, ubicunque reperitur: neque duntaxat dul-
cem apparere facit voluntatem Dei; ſed etiam tribu-
lationem, quocunque loco & tempore invenitur
illa.

# CAP. III.

## *De objecto huius Conformitatis.*

OBjectum voluntatis noſtræ, in quantum conforme
voluntati Dei, idem planè eſt cum objecto volun-
tatis Divinæ. Cùm enim voluntas noſtra fiat res ea-
dem cum voluntate Dei, velle & non velle debet id,
quod vult & non vult Deus. Hanc eſſe veræ confor Serm. de
mitatis regulam docet S. Bernardus: *Quod certum eſt* ſub. noſt.
*Deum velle, omninò velle: & quod certum eſt Deum nolle,* volt. Div.
*omninò execrari; at quod dubium eſt, ſuſpenſam habere*
*voluntatem, donec certò conſtet.* Quâ de causâ virtus
amanda eſt, compertum enim habemus, eandem amari
à Deo: vitium odio perſequendum, certum namque eſt,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deo odio eſſe impium & impietatem ejus: in iis
quæ indifferentia ſunt, & ex natura ſua neque bo
mala, nos quoque indifferenter gerere debemus,
uſque per teſtimonium aliquod, ſive intrinſecus
extrinſecum, innoteſcat nobis voluntas Dei.

Verùm, ut, deſcendendo ad caſus in particula
gis diſtinctè procedamus, ad quinque capita redu
omnia, in quibus nos conformare debemus volu

Primum erit circa diſtributionem bonorum, ſi
bona Naturæ, ſive Gratiæ. Secundum, circa tolera
in rebus adverſis. Tertium, circa gaudium in
proſperis. Quartum, circa peccata, non quo
pam; ſed quò ad permiſſionem eorundem. Qu
& ultimum circa dubia.

Et ut exordiamur à primo, res certiſſima eſt, &
data in ſcriptura ſacra, Deum diverſis diverſimo
*Matth.* 25. ſtribuere dona ſua: *& uni dat quinque talenta,*
*Cat. S. Th.* *autem duo, alij verò unum.* Per nomen talenti, in
Chryſoſtomus, *diverſas gratias intelligimus, quæ*
*tradita ſunt*, & in particulari, in ordine ſupernat
*Ioan.* 1. *De plenitudine ejus omnes accipimus, gratiam pro g*
*Epheſ.* 4. *ſed ſecundum menſuram donationis Chriſti.* Quod
*Sup. Epi. ad* eſt dicere, ut exponit S. Thomas, *non ex fato, non*
*Eph.* 4. *non ex merito, ſed ex donatione Chriſti: quia, ſi*
*poteſtate Chriſti eſt dare, vel non dare; ita dare*
*vel minùs.*

Ex dictis evidenter probatur, qua ratione in divi
talentorum & gratiæ nos conformare debeamus vo
tati Dei: quia hoc ipſum, quod Deus vult, velle de
mus, & quotieſcunq; Deo placet tantam & non majo
mihi concedere gratiam, eadem contentus ſim, m
ſanctiſſimæ ejus voluntati in eâdem diſpoſitione con
*In Epiſt. ad* mem oportet. *Ne doleas*, conſulit S. Chryſoſtomus, q
*Epiſt.* 4. aliis te conſpicias inferiorem in talentis naturæ & gra
*Quia ſi plùs gratiæ illi donatur, plùs etiam laboris illi*
*cumbit, & majorem etiam rationem eſt redditurus.*
eſto ſis inferior in donis, dignum tamen Chriſti me
brum es in corpore myſtico Sanctæ Eccleſiæ. Non e
bona conſequentia, inquit Apoſtolus: *Pes non eſt manu*
*1. Cor.* 12. *auris non eſt oculus: ergo non eſt de corpore.* Siquidem

benè reſpondet Chryſoſtomus, *hoc non facit ſitus,*
*d unio.* Eſto pes non ſit conſtitutus in tam d gno ſitu,
eluti manus, nec auris in ſitu oculi; omnes nihilominus
orpori uniti ſunt, corporis partes exſtunt, ſpectant ad
tegritatem & ornamentum ejusdem corporis. Ad
undem modum, ſi aliis inferior æſtimeris quo ad ta-
enta, Chriſto nihilominùs unitus eris, & veluti pars
ornamentum & gloriam conferes corpori Chriſti: &
oc tibi ſufficere debet, quod concurras ad gloriam
Chriſti juxta menſuram gratiæ ab eodem Chriſto tibi
conceſſæ. Verùm dicet quiſpiã: ſi menſura gratiæ à Deo
determinata eſt, mea quoq; perfectio & ſanctitas deter-
minata erit: ergò non potero ſemper creſcere de bono in
melius in perfectione *de virtute in virtutem*, aſſimilando *Pſal. 83.*
me ſanctitati Dei, juxta Divinum oraculum: *Eſtote per-* *Matth. 5.*
*fecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt* Pro ſolutio- *Suarez de*
ne hujus dubij advertendum, quod, ut optimè notant *gratia.*
Theologi, tametſi gratia ex natura ſua non habeat termi-
num intrinſecũ, creſcere namq; poteſt in infinitum, cùm
Deum perfectiùs & perfectiùs in infinitum cognoſcere
& amare poſſimus, veluti Deus in ſeipſo infinitus eſt,
ſemper plus cognoſcibilis & amabilis; nihilominùs de
lege ordinaria terminum habet extrinſecum: & hic eſt
gratia Chriſti, reſpectu gratiæ cujuſcunque alterius
creaturæ, quantacunque perfecta ſit, comprehendo et-
iam ſanctiſſimam Virginem. Adhæc duo Sanctorum
ordines diſtinguendi ſunt: unus ſuperior veluti Apo-
ſtolorum & quorundam paucorum aliorum: inferior
alter aliorum Sanctorum: primus eſt terminus extrin-
ſecus reſpectu ſecundi, quia nullus, eſto etiam ordi-
nis hujus ſupremus exiſtat, neque infimum primi ordinis
attingere poterit: juxta commune dictum: *Supremum*
*infimi non attingit infimum ſupremi*: etenim deſunt ei au-
xilia etiam ſufficientia, quibus pervenire poſſit ad ſancti-
tatem primi ordinis: & cum hoc reſpondetur propoſito
dubio. Poteſt gratia, quam habes, creſcere in infinitum;
at juxta legem ordinariã, & ſecundum juſtam ſuavemq;
Divinæ Providentiæ diſpoſitionem non creſcet niſi con-
formiter menſuræ Divinarũ inſpirationũ, Divinorumque
influxuum efficacium, quæ tibi à Deo cõmunicabantur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Unde, quotieſcunque cœleſtibus correſpondes
rationibus, quibus Deus tibi loquitur, te voca
ges ad illam, quam Deus à te requirit, perfectio
non ad illam, qua quidam alius Sanctus dotatu
majorem habebit vocationem & gratiam.

Hæc eſt œconomia gratiæ, Divinæ Sapientiæ
ſitio, Divinique Dominij libertas & indepen
1.Cor.12. *Dividens ſingulis prout vult*: diſtribuit & divi
ordine Naturæ, & in ordine Gratiæ, prout e
Divino huic beneplacito totaliter nos conform
Divinæ ejus voluntati nos ex toto reſignare,
omnia dona, ſupra omnia beneficia, ſuper omn
tiam & gloriam nos ſtabilire & fundare debemu
implenda ſanctiſſima ejus voluntate: deſidera
gis adimpletionem voluntatis ejus, quàm acqui
cujuscunque gratiæ, ſanctitatis & perfectionis
S.Bernard. *Quod eſt*, ut loquitur S. Bernardinus, *ſub Divin*
*annihilari*, non deſiderando aliud, quàm volu
Dei, & quæcunque alia, in quantum unita & con
ſunt voluntati Divinæ.

S Gertrud. De quadam Sanctâ legitur, quod conſtituta i
apud Bloſ. culo vitæ, ſuſpirans dixerit: O quàm libenter
Monil. Spi. morerer! Replicarunt alij, qui erant præſente
c. 9. quomodò, ſine Sacramentis? Reſponſum dedit
characteribus indelebilibus meritò cordibus noſt
ſculpendum: gratiſſimum mihi eſſet mori cum
ſimis Sacramentis; aſt quia id non placet Divin
videntiæ, quæ modò aliter de me diſpoſuit, *D*
*præfero voluntatem*. Ab hac ſanctâ Perſonâ diſc
modum mortificandi noſtros appetitus, modu
pugnandi hoſtes & inimicos noſtros, modum reſi
cunctis tentationibus, ſemper reſpondendo: *Do*
*mei præfero voluntatem*.

Secundò, debemus nos etiam conformare Div
voluntati in ſufferendis rebus adverſis: in perſecu
nibus, in infirmitate, in ipſa quoque morte:
S Auguſt. *nihil fit, niſi quod Omnipotens fieri velit, faciendo*,
Ench.c.96. *ſinendo*. Et quamvis malum ut malum non ſit ap
tibile; nihilominùs malum, pro ut eſt terminus
objectum Divinæ voluntatis, non ſolùm appetibile e

ſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

d etiam deſiderabile, & Sanctis delectabile; qui hac
onſideratione armati & fortificati in majoribus etiam
orporis doloribus perſentiebant refrigerium & animæ
onſolationem: *Propter abundantem Dei gratiam,* 2.2. q.133.
*ua fortiùs elevat animam ad Divina, in quibus delecta-* art.8.
*tur, quàm à corporalibus pœnis afficiatur.* Cum hac
tamen non prohibetur, quò minus in oratione Deo
proponi poſſit affectus quidam contrarius, aut contra-
rium deſiderium voluntatis noſtræ; verùm, ut affectus
ille ſit rectus, debet eſſe conditionatus (ſi nimirùm ita
Divinæ placeat voluntati) conformando & reſignando
nos ex toto voluntati Dei ſuperiori & abſolutæ: juxta
exemplum à Chriſto nobis exhibitum in horto: ubi
proponendo Patri æterno deſiderium & partis inferioris
inclinationem, ne videlicet mortem ſubiret; appoſuit
conditionem (*ſi vis*) conformando ſe voluntati ſupe-
riori Patris æterni.

Tertiò, hanc virtutem quoque exercere debemus in
rebus proſperis, cunctiſque aliis, quæ juxta votum
noſtrum eveniunt. Etenim commune axioma eſt,
quod *de duobus bonis majus eſt appetendum*: quando
ergò concurrunt delectatio creata creaturæ & delecta-
tio increata voluntatis Dei, huic debetur primatus.
In hoc principaliter te oblectari, & ab hoc ſtimulari de-
bes ad operandum. Exempli gratia: quando in cibo
aliquo percipis delectationem, non tibi perſiſtendùm
eſt in ſapore illo materiali; ſed cogitandum, alium
ibidem latere ſaporem ſpiritualem occultum, longè
nobiliorem & ſuaviorem, qui eſt condimentum volun-
tum voluntatis Divinæ, volentis & jubentis, ut utaris
creatura illa pro tui reſtauratione.

Hic eſt verus cibus animæ, quia juxta oraculum
Chriſti: *non in ſolo pane vivit homo; ſed in omni verbo,* Matth. 4.
*quod procedit de ore Dei*: & fuit proprius Chriſti cibus:
*Cibus meus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui in* Ioan. 4.
*cœlis eſt.* Nam licet operatio Chriſti meritoria, eo
ipſo, quod fecerit voluntatem Patris, non conſervarit,
nec auxerit in Chriſto vitam gratiæ, quæ ab inſtanti
conceptionis ſuæ perfectiſſimæ adæquatè conſervata
fuit à gratia unionis; nihilominùs, quod ſe conformarit

 volun-

voluntati Patris, ſummæ fuit oblectationi animæ ſan-
ctiſſimæ Chriſti, veluti cibus materialis corporibus
ſolet delectationem & conſolationem.

Quartò, conformitas noſtræ voluntatis cum Divina
extendenda quoque eſt ad occaſiones occurrentium, tem-
pore illo, quo nos cum proximis à recto virtutum tramite
deviamus, & peccamus. Quamvis enim peccatum
malum ſit; attamen Voluntas Dei, qua permittit
S. Auguſt. (quod fit ſecundum Theologos, *negando gratiam*
S. Thomas. *efficacē, & præbendo naturā, ſcilicet, concurſum generalē*)
in ſe ſancta, juſta, ac omni laude, gloria & laudatione
eſt, eique nos conformare debemus: movetur enim
juſtiſſimis & ſanctiſſimis finibus, qui ſunt manif...
Divinorum attributorum: Juſtitiæ quidem in puniendis
dis peccatis; Miſericordiæ in remittendis culpis; Liber-
tatis etiam humani arbitrij, Humilitatis, quæ naſcitur in
eo, qui peccat: unde hunc in finem ſuperbo, ſecundum
Serm. de verb. Dom. Auguſtinum, expedit caſus, ut ſic ſe humiliet.

In triplici ſtatu, ſeu tribus modis Divinam voluntatem
conſiderare poſſumus. Primò, cum vult bonū. Secundò,
quandò impedit malum. Tertiò, cum illud permittit.
In quolibet dictorum modorum laudanda ac glorificanda
eſt à nobis Divina voluntas, regulando nos juxta illam,
eique nos conformando, nec non gratias agendo non de
bono duntaxat, quod facimus, verùm etiam rationem
rium malorum, quæ per gratiam ejus ſubterfugimus,
quod dignetur illa impedire, removendo peccati oc-
caſiones, divertendo intellectum à malis cogitationibus,
eumq; ad bonos cogitatus inclinando, ſeductorem An-
gelum compeſcendo, & bonum Angelum tutorem con-
fortando. Et ſi quandoque malum aliquod permittit,
hoc quoque nos reſignare debemus modo jam dicto.

Huic permiſſivæ voluntati Dei conformabat ſe anima
ſanctiſſima Chriſti in horto. Siquidem non ſolum, ut
calix mortis ſuæ à ſe tranſiret, orabat; ſed multò magis
calicem amariſſimum peccatorum, ac damnationis
tantarumque animarum amoveri precabatur. Et quan-
do talem eſſe permiſſionem Dei cognovit, eidem ſe pror-
ſus conformem oſtendit, dicendo: *Non mea ſed tua vo-
luntas fiat.* Huic etiam ſe conformant Beati in cœlo
ſanct

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctique Angeli cuſtodes noſtri, ac eidem in terris ho-
nes ſe conformare debent.

Denique in rebus etiam dubiis & indifferentibus ſan-
huic Divinæ conformitatis exercitio nobis vacan-
m eſt, duo præſertim obſervando: primum, *ſuſpen* *S.Bernard.*
*m tenere voluntatem*, quouſque certi ſimus de Divina, *ſerm. de*
quemadmodum faciunt ſancti Angeli in cœlis: quia, *ſubject hu-*
quod Deum nolle cognoſcunt, *nunquàm volunt*. Secun- *ma. volũt.*
um (quod eſt majoris difficultatis) ut, nimirùm, *ad Divin.*
uis laboret & ſtudeat inveſtigare & divinare, quænam *S.Greg. 17.*
t voluntas Dei ad eam amplexandam, ac omni modo *mor. c. 7.*
xequendam.

In antiqua lege per varias vias, diverſaque media in
hanc deveniebant cognitionem: *per Sacerdotes, per* *1.Reg. 18.*
*Prophetas, & per Somnia.* Primò per Sacerdotes per-
cipiebant voluntatem Dei in rebus dubiis, idque duo-
bus modis, *aut per propitiatorium, aut per veſtes: Intra-*
*bant in Sancta Sanctorum, ut conſulerent oraculum, &*
*audiebant vocem loquentis ad ſe de propitiatorio, quod erat*
*ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim, unde & lo-*
*quebatur eis.* Aut ſe ornabant veſtibus ſacerdotalibus, *Exod. 28.*
& in veſte dictâ *Rationale Iudicij (quia in ipſo judicabat* *Cyranus.*
*Sacerdos, conſulens Dominum, quod eſſet agendum)* audie-
bant dubio propoſito Deum reſpondentem.

Secundò intelligebant voluntatem Dei ex Prophetis, *1.Reg. 1.*
Samuele, Jeremiâ, Eliſæo & pluribus aliis. *3 Reg. 14.*

Tertiò, per ſomnia: non quia propriis crediderant *Jerem. 42.*
ſomniis; id enim tanquàm ſuperſtitioſum prohibitum *Deut. c. 28.*
erat in Deuteronomio; ſed quia Deus loquebatur eis *S Thomas.*
in ſomno, quod contingebat hoc modo: jejunabant
primò, & per aliquot dies orabant, deinde dabant ſe lecto
& dormitioni: *Et Dominus per ſomnium oſtendebat eis*
*declarationem dubij.*

Quem modũ conſultationis volebat Deus in antiquâ *Abulenſ.*
lege duas ob cauſas, ut notat Abulenſis. Prima eſt, ut *loc. cit.*
Hebræos avertere à conſultatione & reſponſis idolorũ,
quibus multũ erant addicti, & ad quæ in ſimili occaſione
facilè confugiebant. Secunda, quia tempore illo ſancta
fides non ita benè fundata erat; unde neceſſarium fuit, ut
Deus ſuppleret, multisq; dubiis occurrentib. ſatisfaceret.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aſt tempore legis Evangelicæ ceſſant hæ m
ſiquidem fides perfectè ſtabilita eſt, & in dub
Summus Pontifex, infallibilis fidei regula. Q
pter Deus à nobis exigit alium modum peten
tiam Divinæ ſuæ voluntatis, & hic eſt
*Luc. 11.* *Petite, & accipietis.* *Et ſi devotè oraverimus*
*Abulenſ. exaudiet nos certiſſimè, vel dabit, quod ſit m*
*l. cit.* Quod ſi igitur in rebus dubiis occurrentibus c
cere velimus, quid Deus à nobis requirat, qu
ſanctiſſima ejus voluntas, cui nos conformemus
*Rex Io-* ramus ad orationem: *Cùm ignoremus, quid agen*
*ſaph. Pa-* *mus, hoc reſidui habemus, ut oculos noſtros ad De*
*ral. 2.* *dirigamus.*

*S.T.1. 2. q.* Alius adhuc ſupereſt modus cognoſcendi v
*93. a. 2.* tem Dei, nempè, *in ſuo effectu*, in voluntat
rationabili, quemadmodum Sol cognoſcitur
*irradiatione.* Quotieſcunque igitur cognoſcim
agimus aliquid, quod erit conforme lumini ra
fidei, cognoſcemus pariter, & exequemur volun
Dei: etenim lumen hoc creatum, participatio
*S. Aug. l. 3.* effectus luminis Divini. Hoc idem docet S. Aug
*de lib. arb.* dicens: *Quidquid tibi verâ ratione meliùs occu*
*c. 8.* judicare debes, hoc idem velle Deum.

*S. Climac.* S. Climacus alium adducit modum cognoſcen
*ſerm. de diſ-* rebus dubiis Dei voluntatem. *Primò, omni p*
*cuſſione.* *ſenſu expurgato, in quâdam animi tranquillitate*
*ſtitue:* non permittendo ab impetu naturali te
ferri magis ad inclinationem hujus quàm illius p
*Deinde ſimplici fiducia Patres aut Fratres ſpiritual*
*terroga, atque eorum conſilium ſine ullâ haſitat*
*tanquàm ex Dei ore, accipe.* Simile documen
*S. Bern. ſer.* ſuppeditat S. Bernardus, loquens in hunc mod
*de ſubject.* *In dubiis ſuſpenſam teneas voluntatem, quouſq*
*Hum. vo-* *Patrem ſpiritualem interroges, mentem-*
*lunt. ad Di-* que illius deſuper perci-
*vin.* pias.

# CAP. IV.

## eFine Conſormitatis cum Voluntate Divina, nimirùm, de recta Intentione.

Onformare nos debemus cum Divina Voluntate, non tantùm in executione; verùm etiam in intenone: agendo illud, quod Deus vult, & propter eunem finem, quem Deus vult & intendit,

Intentio, uti docet S. Thomas, eſt actus voluntatis, 1. 2. q. 12.
uo volumus unum propter aliud, veluti medium Art. 4.
ropter finem: & reſpectu finis hujus bona aut mala rit noſtra intentio. Si reſpexeris Deum, tanquàm nem ultimatum, erit bona: ſi creaturam, mala erit. ecta igitur & pura intentio erit illa, quæ Deum intenet propter Deum, aut creaturas propter ipſummet Deum. Secundum S. Bernardum, prima eſt perectior, quia *dicit otium Magdalenæ*: ubi ſecun In Cant.
la *dicit negotium Marthæ*, quæ *verſatur circa plu-* ſerm. 40.
*ima.* Hæc nihilominùs etiam perfecta eſt: quia erfectio operationis non à re operata, ſed à fine deſuitur, & in hac etiam finis, propter quem quis operaur, eſt Deus. Ratio, cur Deus actionum noſtrarum tatuendus ſit finis, eſt, quia juxta Philoſophorum doctrinam; *Idem eſt finis operis & operantis.* Quod ſi igitur omnes creaturæ procreatæ ſunt propter Deum, propter eundem finem iisdem uti debemus, ecùs *rectus uſus creaturarum* non eſſet; *ſed abuſus.* Præterea gloria & laus operis debetur illius cauſæ & artifici; Si igitur Deus eſt prima cauſa univerſalis cunctarum rerum omniumque effectuum, cunctos ad ipſius gloriam dirigere debemus.

Verùm videamus in particulari, qualis debeat eſſe finis & motivum intentionis noſtræ: ut ea non ſolum recta; ſed etiam vitæ æternæ ſit meritoria.

Primò, debet eſſe ſupernaturale & Divinum, quod Ad Frat. de
Auguſtinus vocat: *Supernam intentionem Amoris Dei:* monte Dei

&, ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*c.2. 1.2.q.* &, ut docet Angelicus, *elicientis*, aut *imper*
*14.art.4.* tentio ſpectare debet motivum ſupernum An
quod aut præcipiat illum actum fieri, aut illius
quamvis, ſecundùm alios, omne motivum ſuper
ad meritum ſufficiat.

Præterea, non ſufficit ad meritum, ut fidis
*S. Bonav.* naturalis ſolùm *objectivè* (ut loquuntur Theol
*Tom.2. De* requiritur etiam, ut ſit talis ſubjectivè: ut,
*7. Itin. ſect.* non ſolùm motivum ſit ſupernaturale; ſed etiam
*2.p.1.f.379* ſona operans conſtituta ſit in gratiâ Dei, per
quodammodò ſupernaturalis.

Ratio eſt, quia, ut probant Theologi, ad
ultra gratiam actualem requiritur quoque ha
*Rom.8.* idque conforme eſt doctrinæ Apoſtoli: *Si filij,*
vult dicere, gloriam deberi Filiis Dei: ergo
meretur, debet eſſe filius adoptivus, qualis fit
gratiâ habituali: & debet operari ut filius,
media gratia actuali.

Secundò, motivum operandi debet eſſe effic
nimirùm, ſit vera cauſa movens voluntatem. Il
ſatis eſt dicere ore: Domine, hoc ſit ad gloriam
& ut Divinam tuam exequar voluntatem, ſi deinde
pendenter ab illa movearis propter finem aliquem
*Matth 7.* danum amoris proprij: *Non omnis, qui dicit Do*
*Domine*, ait Chriſtus, *intrabit in Regnum cœlorum*
*qui facit voluntatem Patris mei*, (habendo vere
liter Divinam voluntatem pro motivo) *intrabit*
*gnum cœlorum.*

Tertiò, debet eſſe finis ſolitarius, & finis cujuſcum
*lib.10.conf.* alterius inferioris finis: *Minus te amat, Domine* (ita
*cap.9.* quitur Deum D. Auguſtinus) *qui tecum aliquid*
Tibi permiſſum eſt; inquit D. Auguſtinus, ut præter
Dei, habeas quendam alium finem creatum: hic
nullatenus debet eſſe principalis, ſed ſecundarius, fi
ſubordinatus. Poſſumus amare Deū propter recepta
*S. Thom.* neficia; aſt, ut notat S. Thomas, illa debent eſſe mo
quæ nos magis magisq; accendant in amorem Dei,
finis *Quia amare Deum, ſed non propter Deum, ſed prop*
*aliquid Dei, tanquàm propter finem, eſt ordinare Deum*
*creaturam, quod eſt peccatum.*

Quartò

Quartò, finis ille debet eſſe in ſpecie, & in particulari. **S Bonav.**
on ſufficit in genere cunctas offerre actiones menſis
at diei, ſed hæ & illæ in particulari offerantur, neceſſe
ſt, cum intentione, ut dicunt, actuali & præſenti, aut
irtuali & præterita, non tamen retractata: & ſi foret
oſſibile, bonum eſſet, *ſingula verba*, *ſingulas cogitationes, ſingulos greſſus*, cum particulari actu intentionis
ctualis offerre Divinæ Majeſtati ad gloriam ejus, veuti Chriſtus Dominus cuidam ſanctæ Perſonæ conuluit.

Neque ſatis eſt ad perfectionem, ait Bernardus, offer- **S. Bern.**
re actiones in particulari ſolum in principio illarum;
ſed *ſæpè & ſemper recta intentio eſt innovanda*, in principio, in medio, & in fine. Siquidem, ut benê advertit
S. Gregorius, hiſce tribus temporibus Dæmon noſtris
bonis operibus nititur ſurripere meritum: *Bona noſtra* **S. Greg.**
*tribus modis*, ait ille, *antiquus hoſtis inſequitur: vel in principio intentionem vitiat, vel in itinere ſupplantat, vel in fine actionis illaqueat.* Quapropter exhortatur nos S. Bonaventura, ut opera noſtra non duntaxat faciamus *pro Deo*, ſed *ad Deum*, *& in Deum*: vult dicere, ut non ſolum in principio, ſed toto operationis tempore procuremus ſtare uniti Deo, cognoſcendo & amando eum; ne vincamur à diabolo meritum ſurripiente noſtris operibus.

Hæ ſunt intentionis conditiones meritò neceſſariæ: intentio itaque debet eſſe ſupernaturalis, ſolitaria, efficax, & in particulari, ut jam dictum fuit. Modò alias proferemus conditiones, quæ licet non ſint ita neceſſariæ: proſunt tamen meriti augmento, operationumq; noſtrarum perfectioni: & ſunt tres: multiplicatio motivorum, intenſio actuum, & actualis unio meritorum noſtrorum cum meritis Chriſti.

Primum igitur medium conducens ad perfectionem meriti, eſt exercere varios virtutis actus, ordinando illos ad varia motiva ſupernaturalia. Exempli causâ, operari ut obediamus Deo, ut ſerviamus Deo, propter Amorem Dei, ad majorem gloriam Dei, ejusque ſanctiſſimæ Matris, &c. & ſunt actus obedientiæ, Humilitatis, Charitatis & Religionis.

S. Au-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Auguſtinus conſulit duo motiva in pa
Epiſt. 297. nempè, Humilitatis & Charitatis: *In omnibus tuis*, dicit ille, *Deo, tanquam bono fonti, da*
*tibi humilitatem.*

S. Pater noſter Ignatius duo alia ſuppeditat, obedientiæ & charitatis, juxta conſilium S.
Epiſt. 1. c. 1. Petri: *Caſtificantes animas veſtras in obedientia tatis*, id eſt, *ex charitate*: quod eſt obedire propter tem & gloriam Dei.

Quædam alia Perſona ſanctitate conſpicua, tati Jeſu aſſcripta duos alios frequentabat fines, cet, gloriæ cœleſtis propriæ, & gloriæ ac lau Unde ſemper dicebat: *Ad majorem Dei gloriam,* *vitam æternam.* Etenim iidem actus cognitio moris, & Gaudij Dei, ſi conſiderentur, ut nobis ſeci, ſunt Gloria & Beatitudo noſtra; ſi conſide ut nobis extrinſeci, ſunt Gloria Dei. Et, ut ia Cajetanus, iidem actus *activè* ſumpti, qui ſunt co cere & amare Deum, ſunt gloria, & ſummum Bonum; *paſſivè* verò ſumpti, ut ſunt eſſe cogn amatum Deum, ſunt gloria & laus Dei. In præſen teria non deeſt nobis exemplum Chriſti, qui in ſua varia habuit motiva, nempè, obedientiæ, Cha proximi, & gloriæ Patris.

Hoc igitur ſit primum medium, multiplica randi motiva; ut multiplicetur etiam & accreſca
S. Greg. tum: Quia ut benè notat S. Gregorius, in hoc cœlo progreſſus perfectionis, ut quis creſcat in meritis *fectus converſationis, creſcere meritis.*

Secundum medium, ut quis operetur benè, mul que mereatur, eſt operari intensè: ſiquidem, dicebat noſter S. P. Ignatius, plùs valet unicus intenſus, quàm centum remiſſi. Ad intenſionem inde neceſſarium eſt, non dividere attentionem, ſed tam applicare ſervitio & obſequio Dei, purè pro rando ejus gloriam. Et ad hanc attentionem plurim conducit: primò, profunda quædam humilitas, de ciendo teipſum & exeundo extra omne creatum. cundò, fides viva, contemplando Deum præſentem ac ſi oculis corporis eundem ſpectatorem. Terti

at de

dens quædam charitas, amando Deum ex toto affectu, non dividendo affectum.

Tertium medium eſt, unire merita noſtra cum meritis Chriſti: horum enim intuitu longè majus promeremur præmium, quàm meremur per noſtra ſola: & poſſumus Patri æterno offerre merita Chriſti tanquam propria, inquantum conſtituimus unam eandem moralem perſonam cum Chriſto, veluti membra unam communem perſonam naturalem cum capite. Unde infertur, omnia bona, quibus gaudemus, nos habere à Chriſto, per Chriſtum, & in Chriſto, ac dicere poſſe cum S. Paulo: *Ex ipſo, & per ipſum, & cum ipſo ſunt omnia.* Rom. 11.
*Ex ipſo*, veluti à cauſa efficiente gratiæ noſtræ habitualis & actualis: *per ipſum*, veluti à cauſa meritoria ejusdem gratiæ: *& cum ipſo*, veluti à noſtro Capite, cujus meritis conjungimus noſtra. Quapropter infert Apoſtolus: *Ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum*, tanquàm primæ cauſæ, fonti & origini & totius noſtri boni.

Quod idem expendit Sacrum Concilium Tridentinum hiſce verbis: *Non habet homo, unde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra ex Chriſto eſt, in quo vivimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ: quæ ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri & per illum acceptantur à Patre.* Seſſ. 14. c. 8.

Concludam hoc caput monito quodam S. Gregorij. Conſulit, monetque hic ſanctus Doctor nos debere eſſe monoculos, ita, ut in noſtris actionibus dexterum oculum ſolum teneamus apertum, qui intueatur & contempletur Deum; alium verò (ne contueamur creaturas) contineamus occluſum: *Ad ſolum Deum viſus acumen dirigere, in cæteris omnibus cæcum eſſe.* Quemadmodum currentes in ſtadio pro præmio (& eſt exemplum S. Joan. Chryſoſtomi) *ad unum ſolum ſpectant Regem in medio ſedentem: & ad nutum illius attendentes, totam multitudinem deſpiciunt,* plebem non curant, *& tunc ſolùm animo extolluntur*, gaudent & lætantur, *cùm ille eos coronaverit.* Orat. 8. in Cant. Tõ. 5 com. obſ. novi.
Hic eſt oculus ſimplex, quem ut habeamus, monemur à Chriſto: *Simplex, ut opponitur duplicitati*, ut exponit S. Thomas. Matth. 6.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAP. V.

## *Qua ratione omnis propria volun[tas] fugienda ſit.*

*S. Bern. Tom. 1. ſerm 3. de Reſur.* OPtimum medium, ut exequamur Dei volu[ntatem] eſt ſpoliare nos propriâ voluntate: *Volunta[s]* inquit Bernardus, *eſt, quæ non eſt commu[nis] Deo & hominibus, ſed noſtra tantum: qu[ando] volumus, non ad honorem Dei, non ad utilita[tem pro]ximi; ſed propter nosmetipſos facimus: non in[tendentes] placere Deo, & prodeſſe fratribus; ſed ſatisfac[ere] motibus animorum.* Non reperitur in rerum [natura] monſtrum adeò ferox, neque tam crudel[e] *Idem l. cit & ſerm. de Sacr. Bap.* ſicut eſt propria voluntas: *Caveamus ergò [à] voluntate, tanquàm à viperâ peſſimâ & ne[quissima] & quæ ſola damnare poteſt animas noſtras. H[æc cru]delis beſtia, fera peſſima, rapaciſſima lupa, [&] ſæviſſima.*

Verùm, quantùm Deo diſpliceat propria vo[luntas] *Idem l. cit.* videamus: *Quo furore Dominum Majeſtatis [...] audiant & timeant ſervi propriæ voluntatis. Pri[mò] ipſam ſubtrahit ab obſequio Dei. Secundò, diripit ſib[i] quæ ſunt Dei. Tertiò, quantùm in ſe eſt, perim[it] ipſum Deum, quia vult, eum eſſe impotentem, in[iustum,] inſipientem: quia vellet, Deum peccata, aut vindica[re non] poſſe aut nolle, aut ea neſcire.*

Jure meritò igitur omnis propria voluntas [...] *S Pet Dã. Hom. 9. de Reſurr.* odio habenda ac fugienda eſt: utpote talis, qu[æ eſt] *princip um iniquitatis, mortis infuſio, deſtructi[o] virtutum.* Idque conſulit Salvator, cùm ait: *Qu[i odit] Ioan. 12.* *animam ſuam (id eſt voluntatem ſuam) in hoc mu[ndo,] in vitam æternam cuſtodit eam,* quandò non am[plius] propria erit, ſed communis cum voluntate Dei, [& non] propriam ampliùs, ſed Dei quærit gloriam. Ut op[ti]mè namque advertit S. Bernardus, *Serm. 3. de Reſur.* *dimittentes propriam vo[luntatem,] nihil amittimus, imò & lucramur pluri[mùm,]* commu[...]

*commutantes illam in melius.* Etenim, cùm humanâ nos exuimus voluntate, Divinam nobis appropriamus.

Aſt qui penitùs cognoſcere deſiderabit, quanta ſit malæ voluntatis perverſitas & malitia, conſideret, quanta ſit Divinæ voluntatis Bonitas: nam ut benè notat Anſelmus: *Voluntas propria illa eſt, quæ eſt contra voluntatem Dei.* *Anſel.* Igitur ſi Voluntas Dei eſt quoddam bonum, quod continet omne bonum, ſummum & infinitum bonum; propria voluntas è contrario erit malum aliquod, continens omne malum, ſummum & infinitum malum. Semper ergò ob oculos conſiderationis tuæ ſtatuendi ſunt hi duo termini, veluti duo extrema infinitè ſibi invicem oppoſita: *Summum bonum, & ſummum malum.* Revereri, totoque cordis affectu amare debes Divinam voluntatem; propriam autem fugere & odio habere.

# CAP. VI.

## *De Conſolatione & gaudio, quod percipit Dei executurus voluntatem.*

CONſolatio & gaudium in executione Divini beneplaciti, in rebus præſertim ex naturâ ſuâ nocivis & afflictivis, non excedit & ſuperat duntaxat vim Naturæ; verum etiam à Cancellario Pariſienſi vocatur *Miraculum Gratiæ.* *Gerſ. 2. p. ſerm. de ſolem. SS.* Quod naturam a propria conſideratione & triſtitiâ ſublevat, erigitque ad conſiderationem & gaudium rerum Divinarum. Hic eſt modus, quo Divinam voluntatem adimplere debemus, non lubenter tantum, ſed etiam lætanter: talis enim eſt Divinæ voluntatis dulcedo, ut *ſit ipſa dulcedo per eſſentiam*: & ubicunque repetitur, etiam in rebus amaris, confert dulcedinem. Unde optimè dicebat Sanctus quidam: *Voluntas Dei ſemper eſt cum gaudio*: *Rusbrochi⁹ de virtut. c. 5.* eſto namque crux & tribulatio ex naturâ ſuâ minimè dulces ſint & appetibiles; conjunctæ tamen cum Divinâ voluntate ſupra modum efficiuntur delectabiles & deſiderabiles; veluti Sancti id experimento ſuo compa-

-obarunt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si, ut rerum naturalium referunt Scriptores, ſalſa & amara contingens aut pertranſiens ali[illegible] vas cereum, propriam deſerit amaritudinem, [illegible] efficitur; quantò magis dulcorabuntur tribu[illegible] & triſtitiæ noſtræ, ſi pertranſierint dulciſſima[illegible] tatem Dei? ex quo licet inferri: *Fieri non p[illegible] aliquis pro gloriâ Dei quidquàm ſuſtineat, qui[illegible] quod patitur, ſaporem quendam Divinitatis [illegible] Sic lux in tenebris lucet, &c.*

*Rusbroch. ubi ſup. c. 9.*

Verùm pergamus nunc ad modum practicum [illegible] percipere valeamus hanc conſolationem in trib[illegible] nibus, ac cum Apoſtolo dicere poſſimus: *Reple[illegible] conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni trib[illegible] noſtrâ.* Reſpondet Gerſon, hanc conſolation[illegible] quiri duplici conſideratione (ſupponendo do[illegible] Theologicam, quod *appetitus inferior movetur [illegible] petitu ſuperiori conſideratione rationis*) Prima [illegible] ſideratio paternæ Dei providentiæ omnipotent[illegible] ſapientiſſimæ & vigilantiſſimæ, ut propterea cog[illegible] ac velit mediante omni ſucceſſu, ſive proſpero [illegible] adverſo, procurare noſtrum bonum. Secun[illegible] *apprehenſio objecti honeſti & convenientis*; co[illegible] rando, objectum nos mortificans, non tantum [illegible] eſſe rationi conforme, ſed etiam utile ad finem [illegible] æternæ aſſequendum.

*2. Cor. 7.*
*2. p. ſerm. de Sol. SS.*

Et quamvis hoc gaudium ſpiritus in tribulation[illegible] nis frequenter non ſit ſenſibile; ſemper tamen, u[illegible] runt Sancti Patres, intelligibile eſt ex parte intell[illegible] licet non percipiatur ex parte affectus. Quemad[illegible] dùm Beatus in cœlo videndo ſolùm ſummum bon[illegible] eſto non gauderet & frueretur illo, fœlix tamen [illegible] retur: ita anima ex conſideratione ſolâ magni [illegible] boni mortificationis, tametſi alia non ſubſequer[illegible] conſolatio, contenta tamen efficitur; ita aſſeverat [illegible] dam ſanctus: *Purum Deo impendere honorem Di[illegible] ſapore carere non poteſt: etſi nihil aliquandò percipi[illegible] ſenſibiliter, non poteſt tamen illud non ſapere, cum ad [illegible] nam Dei gloriam fieri cognoſcitur.* Unde idem Sa[illegible] hoc ſuppeditat documentum: *Quidquid nobis even[illegible] pro[illegible]*

*S. Tho. opuſc. de ſanctiſ. Sac.*

*Rusbroch. de virt. c. 9.*

*...dus per Deum tranſire debet ; ubi ſaporis condimentum ...cipiens, totum Divinum efficitur.*

Pro praxi igitur faciendi voluntatem Dei, modo jam ...cto, ſufficit amore crucem, & in eâ gaudere amore ...uodam & gaudio ſaltem appretiativo, ſi non affectivo: ...c hac ratione aliquo modo imitabimur Chriſtum Dominum, qui *fuit ſimul dolens & gaudens* in pathone ſuâ. *Dolens*, quo ad partem inferiorem. *Gaudens*, quo ad partem ſuperiorem propter beatam Dei viſionem.

# CAP. VII.

## *Quod Voluntas Dei facienda ſit in terrâ, uti ſancti Angeli eandem exequuntur in cœlo.*

AD perfectionem virtutis hujus non ſufficit, ut adimpleatur cum lætitiâ & gaudio etiam in rebus voluntas Divina; ſed & conveniens eſt, ſi ſequi velimus Chriſti conſilium, ut ad illam conformitatis eminentiam & perfectionem aſpiremus, quam ſancti Angeli habent in cœlo.

Duæ à Divo Bernardo diſtinguuntur ſpecies voluntatis in Deo: *Voluntas faciens & voluntas facta. Voluntas faciens creat, & voluntas facta beat.* Voluntas faciens creat totum id, quod illi placet: voluntas facta eſt, quæ beatificat & fœlices reddit eos, qui illam faciunt. Utramque experti fuere ſancti Angeli: *Quia Voluntas Domini, quæ prius Angelos creavit faciens: eosdem poſtmodùm in eâ facta beavit. Et hæc eſt ſumma fœlicitas Angelorum; quod voluntas Dei facta ſit voluntas eorum.* Hæc eſt unio Angelorum in cœlo, quo ad voluntatem: & eam homines in terrâ imitari debent. Unde idem S. Bernardus ſubjungit, *Hoc oremus, ut fiat voluntas Dei ſicut in cœlo & in terrâ; ut ſicut Angelus, ſic & homo adhærens Deo unus cum eo ſpiritus ſit.* Ad hanc igitur perfectionis eminentiam attingendum, anima ſupponere

debet altiſſimam quandam mortificationem &
*omburé, nunquàm enim me vinces : præſto eſt Chriſtus,* *Ian.*
*ui me corroboret. Et ego à te interfici valdè cupio : hæc*
*nim eſt mea voluntas in Chriſto Ieſu.* Hæc, ut notat *Apolog. in*
Tertullianus, non unius ſolius Martyriis , ſed omnium *fine.*
Martyrum verba erant communia, qui generoſo ac in-
repido animo itè alloquebantur Tyrannos : *Cruciate,*
*orquete, damnate atterite nos : probatio eſt enim innocen-*
*tia iniquitas veſtra.*

Inter arma Martyri neceſſaria ultimum , eumque po-
entiſſimum locum obtinet ardens charitas. Cauſam
nquirit S. Bernardus, cur Sancti Martyres *torrentur &* *S. Bern. de*
*ident; feriuntur & gaudent : occiduntur & ecce trium-* *Can.*
*hant?* Reſpondet, *quia charitate pleni, tormenta Mar-*
*tyriorum non ſentiunt.* Eſt effectus charitatis , quæ
ani-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

animam in proprio corpore, ubi patitur, vel
tuam, & vivam ſolùm in Deo, quo gaude
Ardens vis charitatis elevat Martyris animam
*Gerſon.* mnes creaturas: undè corde generoſo *ſub De*
*univerſa*: & liber ab omni timore & ſpe mund
minimùm allicitur, aut deterretur à quacunq
tura. Tale cor erat magno Apoſtolo &
S.Paulo, uti optimè advertit S.Chryſoſtomus
*S.Chryſoſt.* *Paulus charitate Chriſti animatus, gentes*
*Laud.169.* *veluti arenam reputabat, Tyrannos furorem*
*veluti quosdam pulices æſtimabat: cruciatu*
*menta ludum putabat eſſe puerorum: decoll*
*victus, catenâ magis quàm diademate or*
*deſpiciebat univerſa, quæ cernimus, ut*
*jam putrefacta contemni.* Et quid mirum,
Sanctus, cùm non ſolùm poſſidebatur à ch
ſed totus fuerit charitas: *Sicut miſſum in*
*ferrum totus ignis efficitur: Sic Paulus chari*
*cenſus, totus effectus charitas.* Quapropter
*contemnebat, quaſi in alio pateretur, vel adam*
*poſſideret corpus.*

Hæc charitate instructi SS. Martyres, fœlic
ſuam in hoc ſolo reponunt, nempè, in pati &
*Chryſoſt.* Chriſto: *Hæc eſt amantium lex: tunc ſe fœlices*
*hom.3.* *cùm adverſa pro his, quos diligunt, ſuſtinent.* I
charitatis Chriſti ſcopum collimant, eique
*S. Bernardus.* formare ſatagunt: *Diſcunt à Chriſto, quomodo*
*Chriſtum, & ibi ponunt ſuæ dilectionis metam,*
*ſtus poſuit ſuam.*

Ultra has virtutes, ut quis fœliciter palmam
Martyrij, neceſſaria quoque eſt continua
*S. Aug. to. 10. ſerm. de Orat. & Iejun.* *Per hanc,* inquit S. Auguſtinus, *quidquid*
*choat, ſpes cumulat, charitas decorat, continua*
*tione ſervatur. Per hanc in confeſſione per*
*in tentatione duramus. Per hanc pro Chriſto*
*vincula ſuſtinemus. Per hanc poſtremò beata m*
*conſummamus.* Ratio hujus eſt, quia opus ma
ſuperat debilitatem noſtram, & Chriſti poſtula
tudinem, quæ nonniſi media oratione acqui
impetratur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc Sanctorum Martyrum arma ſunt. Inveſtigemus modo armamentarium, ubi ejusmodi formantur & conſervantur arma. Armamentarium eſt ſanctiſſimum altaris Sacramentum, quod ſimul eſt *Myſterium fidei, ſuſtentaculum ſpei, Sacramentum unionis & amoris.* Eſt convivium, *in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria Paſſionis ejus.* Sacramentum hoc unionis & amoris eſt figura; *in quâ futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Non ſolùm eſt Sacramentum, ſed etiam ſacrificium, ut cujus exemplo animemur ad ſacrificandos nosipſos Chriſto, quemadmodùm ipſemet Chriſtus ſe ſacrificavit Patri ſuo æterno pro nobis.

Hæc eſt memoria illa; quam Chriſtus exigebat à nobis, videlicet, imitatio: *Hoc facite in meam commemorationem:* exponit S. Cyprianus, *in meam Imitationem.* Et ſicut optimè notat S. Gregorius: *Chriſtus verè pro nobis hoſtia erit Deo, cùm nosipſos hoſtias fecerimus.* O Armamentarium potentiſſimum, Sanctiſſimum Sacramentum! juremerito illud vocare poſſumus Seminarium fœcundiſſimum Martyrum. Vincunt Tyrannos, ſuperant tormenta, & quare? *Paraſti menſam adverſus eos, qui tribulant me?* Exponit S. Cyprianus, *contra Tyrannos perſequentes ad Martyrium.* Ad ſanctiſſimum Sacramentum tanquàm ad turrim fortiſſimam: *Ubi eſt omnis armatura fortium,* recurrebant S. Martyres primitivæ Eccleſiæ, dicebantque audacter Tyrannis: *Chriſtiani ſumus, & collectam fecimus:* quod idem erat, ac ſi dixiſſent juxta expoſitionem S. Cypriani: *Parati ſumus ad omne martyrium, quia armati Corpore & Sanguine Domini in Sacramento.*

*Luc. 22.*

*Dial lib. 4. c. 55.*

*Pſal 22.*

*S. Cypria.*

*Cant. 4.*

*S. Cyprian*

Hactenùs de armis, admodum decertandi & pugnandi jam progrediamur.

Accedunt Patrini ad campum ſeu locum certaminis in auxilium militis Chriſti. Et hi, opinione Tertulliani, alij non ſunt niſi Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: *Agonotheta eſt Deus, Xyſtarcha Spiritus Sanctus, Epiſtates Chriſtus Ieſus.* Aſſiſtit Pater æternus, ut præmium clarificatur: Sanctus ſanctus, ut defendat: Chriſtus Jeſus, ut locat pugilem, & pugil palmam & victoriam reportat.

*Tertull. ad mart. c. 3.*

Ec-

*Orig. hom. in Ezech. Caſſ. coll.*

Ecquænam erit gloria & magnificentia illi[...] ubi præſens eſt ſanctiſſima Trinitas, Angelo[...] exercitus ſpectantes & defendentes Chriſti m[...] inter hos *Angelus Martyrij* ad hoc officium ſ[...] deputatus?

*S. Cypria. ad Martij.*

Quæ major poteſt eſſe dignitas: ait S. Cyp[...] habere ſpectatores Deum, Angelos, & Chriſt[...] gnare in præſentia Dei: ipſis Chriſti manibus c[...] *Præliantes nos, & fidei congreſſione pugnantes ſp[...] ſpectant Angeli & Chriſtus. Quanta eſt gloria [...] quanta fœlicitas, præſente Deo congredi, & Chri[...] coronari?*

*Aug. lib. 2. ſymb. cath.*

Spectaculum verè admirabile, reſumit Aug[...] *In quo Deus adjuvat, fides impetrat, ſancti[...] præmium conſequitur tale, quod & ille, qui vic[...] piat; & qui donaverit, nihil amittat.*

*S. Cyprian. exhor. ad Mart. c. 10.*

Quid poterit deterrere Martyrem tantis m[...] præſidiis? Tyranni? Dæmones? *Major e[...] nus ad protegendum, quàm Diabolus ad impug[...] Si habes Antagoniſtam Diabolum, habes Ag[...] Deum.*

*Tertull l. 1. de Patien. c. 14. Gul. Par. de motib. c. 10.*

Præparato certaminis loco, deſcendunt in a[...] giles concertaturi; at differentibus armis, I[...] armatur Tyrannus, Charitate Martyr: arma i[...] ſunt crudelitas & ferocitas: arma charitatis p[...] & fortitudo: *Vno patientiæ clypeo omnia ſuperat*[...] patientiæ decertat & vincit. O victricem, & gl[...] Patientiam! *Victrix glorioſa patientia, quæ ſine [...] repercuſſione hoſtes deiicit ac proſternit.* Vincit p[...] ſuperat cedendo, & moriendo vivit. Scuto inſ[...] gerit Paſſionem & Mortem Imperatoris & D[...] Chriſti Jeſu, & ſymbolum hoc in medio confe[...] *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveni[...]*

*Matth. 10.*

& : *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam a[...] non poſſunt occidere.*

*Cyprian. de duplici Martij. Petr. Max. Mart. Sur.*

Procedunt ad verba, & ſe invicem provocant[...] fert miniſter Sathanæ impia & ſacrilega verba: [...] *Chriſtum, & immola Iovi, & eſto amicus noſter[...] morere.* Reſpondet intrepidus Chriſti miles: *N[...] Deum adoramus, Creatorem cœli & terræ;* [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*[H]ortor & moneo , Deo vero ſacrifica , ut poſſis evadere [to]rmenta diaboli : alias cum Diis tuis in igne ſempi[ter]no ardebis.* *Feram in te* , replicat Tyrannus, *[ſe]ntentiam mortis , & variis faciam te tormentis affici.* [R]eſpondet Martyr : *Hoc eſt , quod totâ aviditate [ex]ſpecto , ut per temporalem vitam perveniam ad ſem[pi]ternam.*

De verbis deſcendunt ad facta. Exhibent impij carnifices militi Chriſti varia tormentorum genera : [i]gnem , ferrum , equuleos , metalla liquefacta, [f]lagella , feras immaniſſimas. Aſt nullo concutitur [t]imore intrepidus militis animus , imò tyranno in[c]lamat : *Parva ſunt hæc , non timeo tormenta tua :* S. Plato Su-
*neque enim ignis , neque crux , neque ira beſtiarum,* rius 22. Iul.
*neque ablatio membrorum nobis perſuadent à Deo vivo deſiſtere. Neque enim diligimus , quod nunc eſt, ſæculum ; ſed , qui pro me eſt mortuus , & reſurrexit, Chriſtum. Mihi vivere Chriſtus eſt : & pro ipſo mori, lucrum & gloria.* Immanis Tyrannus Chriſti victimam offerri , hauriri è venis ſanguinem , ardentibusque prunis imponi imperat. Impii exequuntur juſſa Tyranni : & ecce *Sponſus ſanguinis poſitus in thalamo nuptiarum* , plaudit & jubilat veluti in die ſponſaliorum : ſuſtollit in altum oculos , contem- *Apoc.19.*
platur , quomodò *Vxor præparavit ſe* ; cœleſtis gloriæ ſponſa, beata, inquam, Dei viſio : cœleſti repletus gaudio locum dare nequit triſtitiæ , non perſentit tormenta, flores æſtimat prunas ardentes ; aurum ſuavem flammam , & currum triumphalem gloriæ judicat eſſe feretrum mortis. Obſtupeſcit terra , & cœlum miratur *exultantem in morte , & inſultantem morti :* S. Bernard.
*Vbi eſt mors victoria tua ? ubi eſt mors ſtimulus tuus ?* ſerm. 22.
*jam non ſtimulus , ſed jubilus , jam cantando moritur* Cant.
*homo , & moriendo cantat.* Dimittit oculos , circumſpicit & videt ; quod *Martyriorum ſtola præ-* Tertull.
*parantur , Angelis bajulis ſuſtinentur.* Videt Angelum martyrij , unâ manu deferentem palmam, alterâ coronam ; ut præmio afficiat & coronet Chriſti militem. Prorumpit Martyr in gratiarum actionem ; laudat & benedicit Dominum :

S. Acatius *Gloria tibi Deus, & benedico tibi, Domine De*
Mart Sur. *cum unigenito Filio tuo & Spiritu ſancto :*
Menſ. Maj. *tua eſt gloria, tuus honor, nunc & ſemper,*
*ſeculorum. Gratias tibi ago, Domine IESV*
*qui ſancto nomine tuo protexiſti me ſervum*
*& dediſti mihi gratiam, ut perfectè curſum*
*cerem pro te ſuſcepti certaminis. Et nunc*
*ſuſcipe in pace animam meam, quoniam es be*
*in ſecula.*

Dictis hiſce verbis victorioſus Chriſti mil
manu excipit palmam ab Angelo, & coron
imponitur : cœli eidem aperiuntur, obv
Apoc. c. 7. procedit copioſus Martyrum exercitus : *am*
*lis albis & palmæ in manibus eorum.* Accedu
ſtus & B. Virgo, Rex & Regina Martyrum
Chriſti militem ad triumphum cœleſtem,
Cant. 4. *veni coronaberis*, læta ac ridens anima
egreditur corpore, Angelorum ſtipata c
& applauſu, triumphatura ingreditur cœli
Apoc. 7. lium, eorumque annumeratur ordini, *qui v*
*ex magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſu*
*dealbaverunt eas in ſanguine Agni :* & co
in proprio throno gloriæ : *Et Agnus, qui*
*throni eſt, reget eam, & deducet eam ad vit*
*aquarum, & abſterget omnem lachrymam ab o*
S. Cyprian. Talis eſt finis illius, qui *pretio ſanguinis emit*
*talitatem.*

# CAP. IV.

## *De Martyrio Patientiæ.*

SEcundum Martyrium, in quo Deum glorifi
ac Chriſtum imitari debemus, eſt martyrium
tientiæ : quo patienti animo ſufferimus omnes
tificationes, quæ *ex electione*, aut *ex neceſſitate*
S. Chryſoſt. nobis eveniunt : *Fer forti ac generoſo animo,*
in Pſal. 127 *accidunt, hoc enim eſt tibi Martyrium.* No
causâ mortificatio Martyrium dicitur, ait S. Thom

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ia ſimilis eſt vero ac proprio martyrio : quod S. Au- *S. Thom.*
ſtinus declarat aliquâ ſimilitudine : etenim, ſicut *addit. ad 3.*
Martyrio ſanguinis tormentis mediantibus Ty- *p. q. 6. a. 6.*
nni ſatagunt tollere fidem Chriſti ; ita in Mar yrio *S. Aug. ſer.*
cruento, ſeu ſine ſanguine diaboli conantur eri- *250.*
re ac penitùs extinguere ch ritatem Chriſti :
*cut enim charitas, veritas & Iuſtitia Chriſtus eſt;*
*: & ille, qui inſidiatur, perſecutor eſt : & ille,*
*ui eam in ſe, & in aliis cuſtodire voluerit, Mar-*
*r eſt,*

Et quemadmodùm in Martyrio mortis & ſangui-
is minatur Tyrannus : *Abnega Chriſtum, aut mo-*
*re: ſacrifica Mammonæ, & eris dives.* Reſpondet- *S. Cyprian.*
ue Sanctus Martyr Tyranno : *Non ſacrifico niſi* *de dupl.*
*ni ſoli Deo, & hoc ego ſemper optavi, ut carens* *Martij.*
*emporali ac miſerâ vitâ perveniam ad ſempiternam.*
imili modo in martyrio mortificationis tentat Dæ- *S. Maxim.*
non *per concupiſcentiam* : reſpondetque pœnitens *Surius.*
entatori : *Quid mihi & tibi, Belial? Ego Chriſti ſer-*
*vus ſum, illius redemptus ſanguine, illi me totum manci-* *S. Ambroſ.*
*avi : quid mihi & tibi eſt? Nihil tuum quæro, nihil* *de Orat. &*
*uum poſſideo, nihil tuum deſidero.* *Iejunio.*

Omni igitur tempore martyrium ſubire poſſumus,
i forti ac conſtanti animo inimicorum aſſultibus re-
iſtimus : *Omnes, qui piè volunt vivere in Chriſto,*
ntimat Apoſtolus, *perſecutionem patientur. Aut* *Ad Tim.*
*ab extra à Tyrannis*, uti explicat S. Thomas, *c. 3.*
*ut ab intus per pugnam contra Dæmonem. Et ſi de-* *S. Thomas.*
*ſit Tyrannus, ſi tortor, ſi ſpoliator; non deerit concu-* *S. Cypria.*
*piſcentia, Martyrij materiam quotidianam nobis ex-* *ubi ſup.*
*hibens.*

Denique, ſi mors coronat Aureola caput Martyris;
non deeſt quoque mortificationi ſua corona : S. Ber-
nardus eos, qui nos mortificant, vocat *Aurificos* *S. Bern.*
*noſtros, qui nobis æterni Regis coronas fabricant.* *Guil. Pariſ.*
Inde conſulit Pariſienſis : *Cùm videris vindi-* *p. 15. l. 7. de*
*cantem, increpa illum : ut quid facis hæc frater?* *morib. c. 6.*
*Per quid percutis operarium tuum, & fabricatorem co-*
*ronæ tuæ?*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In ejus vita. De Sanctâ Lidovinâ legitur: *Vidit in men...*
*coronam pretioſiſſimam, necdum tamen in ...*
*fectè abſolutam*, poſt aliquot mortificatio...
peſſas, apparuit ei Angelus, & dixit: *Salve, ...*
*ſoror, ecce nunc abſoluta eſt corona*, perſecu...
tienter toleratæ gemmæ fuere, *quæ in illâ corona ...*
*vidiſti, & deeſſe.*

Quod attinet ad modum decertandi & vin...
hoc conflictu & pugnâ, tres requiruntur con...
primò, ut pugnemus ſufferendo: ſecundò, ...
deremus ampliùs pati, ipſam etiam mortem ...
ut patiendo laudemus Deum, eique grat...
mus. Quantùm ad primam conditionem, ...
adverſa cum omni patientiâ tolerare & ſupp...
S August. in Pſal. 69. bemus. Juxta mundi legem, *malè faciendo ...*
*at in ſtadio Chriſti lex eſt contraria; non qui ...*
*ſed qui percutitur, coronari decretum eſt.* Si...
*vincitur inimicus & tolerantiâ.* Patientia ...
S. Hieron. inſuperabilem, quemadmodum ſcopulus abu...
*poteſt, frangi non poteſt*: & ſicut fortis adamas ...
*cedit, nec igni.* & veluti duriſſima petra, *in quam ...*
*non infigitur, ſed reſilit.*

Hæc patientia tribus corroboranda eſt co...
bus: prima eſt exemplum Chriſti. Antiqu...
quibus utebantur in præliis, depingebant ...
majorum ſuorum, ut illarum aſpectu & im...
magis ſtimularentur ad heroica patranda fa...
Ad eundem modum Chriſtianus in ſcuto ...
patientiæ depingere debet Paſſionem ducis ſu...
Domini, ut ipſius exemplo omnem m...
tionem & ipſammet mortem patienter ferat. ...
Tertull. ad martij. eſt ſpes præmij: *Nihil crus ſentit in nervo, ...*
*mus in cœlo eſt.* Non perſentiuntur tormen...
poris, animo quieſcente in cœlis. Tertia eſt, ...
inſtructione noſtrâ præ oculis habeamus exe...
ſæcularium: quod ſi namque illi tot & tanta ſu...
pro caducis terræ bonis, quantò magis nos pat...
...lem. mus pro æternis cœli bonis? *Si tanti vitrum, ...*
*verum margaritum?*

Secu...

Secunda conditio ad modum pugnandi & vincendi quiſita eſt deſiderium patiendi plura, imò mortem ſam pro Chriſto. Quandò conſtitutus es in mortificatione quâdam, utinam pœna illa tibi accreſceret & gmentaretur: à mortificatione illâ tranſires ad morem, ac patiendo pro Chriſto dignus quoque eſſes mori ro Chriſto! Fœlix profectò, ac terque quaterque eatus deprædicandus eſſes.

Hoc ipſum erat illud plus & plus, quod ex intimis cordis ſui penetralibus eructabat Sanctus P. Xaverius conſtitutus in tribulationibus: *Plus & plus uſque ad mortem.* Documentum hoc hauſerat à Patre & Magiſtro ſuo S. Ignatio docente: *plura & majora pati pro Chriſto, & hoc ſemper orate.*

Hac eâdem patiendi praxi utebatur Apoſtolus Paulus, qui *ſemetipſum Deo*, uti refert S. Chryſoſtomus, *per ſingulos dies immolabat. Quam hoſtiam dupliciter offerebat, cum quotidiè moriens ad pericula ſe jugiter præparabat, conſummans voluntate martyrium; tum corpore ſuo mortificationem ſine intermiſſione circumferens.* Ultra paſſionem actualem *conſummabat voluntate Martyrium*: Martyr erat deſiderij, in omni occaſione vitam pro Chriſto exponere deſiderabat: parùm ipſi erat pati pro Chriſto, aſpirabat ſemper ad ſubeundam mortem pro Chriſto. *Neque verò his tantum ſacrificiis contentus fuit* (proſequitur idem Chryſoſtomus) *ſed quia ſeipſum conſecraverat Deo, etiam orbem univerſum ſtuduit offerre.*

*Chryſoſt. de laud. Paul.*

*Ibidem.*

Rationem docet S. Bonaventura, quia paſſio habenda eſt in actu, mors in deſiderio; nam *perfecta charitas eſt in deſiderio martyrij*, quod probat tribus rationibus.

*Apolog.*

Prima, *Amor eſt vis unitiva ex Dionyſio*: ergò inclinat ad deſiderium martyrij: quia *nullo alio medio, nec convenientiùs, nec intimiùs, nec celeriùs unimur Chriſto, quàm per martyrium.*

Secunda, *Amor eſt vis diffuſiva*: ergò eſt deſiderativa Martyrij, per hoc enim *fit maxima noſtri diffuſio.*

*S. Bonav. to. 1 Apologia paup. reſp. de appet. Mart. a. 1*

*Ex Hug.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tertia, *Amor eſt vis transformativa:* ergò el-
Martyrii: quia *perfecta transformatio attendi-*
*dum aſſimilationem in paſſione & morte.*

Luc. 22. Tale erat deſiderium Chriſti: *Baptiſmo hab-*
*zari, & quomodo coarctor, uſque dùm perficiatur.*

S. Greg. Nazian. orat. 29. Tale quoque Sanctorum extitit deſiderium
ipſo refert Nazianzenus: hujusmodi deſideri-
fuiſſe inexplebile & inſuperabile: *Hujus rei ve-*
*quadam aviditate teneor.* Et quidem fuiſſe con-
adeo, ut à cogitatione illâ nequaquam diſtrahi p-
*Nec ab eo unquàm divelli poſſum.* Quapropter
rum delectabatur honoribus, visâ profuſione
exultabat, eorumque pugnas coronasque
proprias æſtimabat: *Martyrum honoribus oblect-*
*gilum cruore geſtio & exulto: atque alterum*
*certamina & coronas meas eſſe judico.*

Quid dicam de Sancto Ignatio Martyre?
ſuo moriendi ſatisfaceret deſiderio, cuncta to-
rum genera, quæ ad mortem ſuam concurrere
Epiſt. 15. 12. ad Rom. tabat: *Ignis, crux, beſtiarum conſtantia, abſciſ-*
*ratio, confractio, diſſipatio membrorum, inter-*
*corporis, & tormenta omnia diaboli in me ve-*
*Ieſum Chriſtum merear adipiſci.*

Idem debet eſſe deſiderium tuum, O anim-
Dices igitur cum S. Gregorio: *Vnum ad palm-*
*pro Chriſto mortem oppetere:* non eſt alia vi-
conducat ad veram gloriam, medium nullum
adeſt ad obtinendam coronam: *Vnum ad palm-*
ad illam, inquam, palmam, quæ *eſt ſuavis al-*
*umbroſa ad requiem, honorabilis ad triumph-*
*num iter*, ad ſummum gloriæ, quam debemu-
*Vnum* ad ſummum gratitudinis, quam debemus
*Vnum*, propter totalem ſatisfactionem, quam de-
pro noſtris culpis & peccatis.

Deo debetur ſumma adoratio, quia eſt ſumma
ſtas, ſummus amor, ſumma bonitas: quia eſt ſum-
teſtimonium, cùm in ſe ſit ſumma veritas. Et u-
ſatisfaciamus obligationi, *Vnum ad palmam iter.*
ibi concurrere poteſt Martyrium: etenim, ut eſt ſ-
ficium, ſummæ adorationis actus eſt: ut eſt holocau-

ctus eſt ſummæ charitatis, profundendo vitam: deniq;, t teſtimonium eſt, ſummæ teſtificationis actus eſt, teſtificando Deum profuſione ſanguinis.

Verum cedant omnia alia motiva: & quò accendaris d deſiderium Martyrij, tibi ſufficiat conſideratio gaudij, uod per totam æternitatem percipies, recordando, *te cciſum eſſe in obſequium Chriſti.*

Cum igitur præfatum deſiderium in tam magno habeatur pretio; ut eò ſtabilius ſit & firmius, non abs re erit, ſi confirmetur voto dandi vitam pro Chriſto, non eo tempore duntaxat, quo obligat præceptum confeſſionis fidei; verùm etiam non exiſtente ſimili obligatione. Imò, ſi utrumlibet horum, nempè, tam electio mortis, quàm fuga ejusdem in æqualem cederet Dei gloriam; attamen ob majorem Chriſti imitationem, ratione obligationis voti, ipſam eliges mortem. Idem à Chriſto Domino ipſo inſtanti conceptionis ſuæ factum eſſe aſſerunt plurimi ſacri Doctores. Voto confirmavit præceptum impoſitum ſibi à Patre moriendi pro noſtrâ ſalute: *Vota* *Pſal. 21.*
*mea Domino reddam*, videlicet, Nativitatem meam, *S. Aug.*
Paſſionem & Mortem, *voto oblata.* Laudabile quoque *Suar. to. 2.*
eſt, & proficuum frequenter renovare hæc vota, præſer- *in 3. p.*
tim in Miſſæ offertorio: tunc enim Sanctiſſimæ Trinitati offeres in ſacrificium non ſolum Chriſtum Hominem; ſed teipſum quoque, totumque mundum, eo affectu, quo illa offerebat S. Apoſtolus Paulus, uti ſupra dictum fuit.

Præterea idem deſiderium, ut ſit efficax, offerendum eſt Deo: ſiquidem Martyrij gratiam eſto quis opere mereri nequeat, benè tamen oratione impetrare poſſumus. Hæc gratia continuò à Deo petenda eſt: gratia Martyrij eſt gratia gratiarum maxima. Oremus ergò cum S. Irenæo: *Largire, amantiſſime*
*IESV, ut, quem à te ſpiritum hauſimus, pro tua gloria,* *Iren. lib. 4.*
*te adjuvante reddamus.* Et cum S Petro Martyre *S Pet.*
ſub elevatione ſacræ Hoſtiæ in ſacrificio Miſſæ: *Mart.*
*Ne ſinas, Domine, ex hac vita migrare, non ſumpto Paſſionis calice.* Nonnunquàm etiam affectiva illa uteris aſpiratione S. Ignatij Lojolæ: *Amore amoris tui moriar,* *S. Ignat.*
*qui amore amoris mei dignatus eſt mori.*

Coram Cruce poſitus proferes orationem
*S. Xaver. Marc. Maſtrillo.* S. Franciſcus Xaverius quendam è filiis ſuis docuit: *Ave lignum crucis, ave crux preti... me tibi totum dedico in perpetuum: & oro ſuppl... gratiam pro te fundendi ſanguinem mihi licet ... largiaris*, & ſicut oravit, ita obtinuit.

*S. Chryſoſt.* Ultima denique conditio ad decertandum ... pugnæ ſtadio requiſita eſt benedictio & laus De... *hoc linguâ ſanctius*, ait S. Chryſoſtomus, *quàm ... Deo gratias agit: certè non inferior eſt lingua Mar... utraque pariter coronatur.* Cantant Martyres ...
*Apoc. 1.* cœleſti: *Salus Deo noſtro*: gloria & honor De... vat, ac regnet in æternum. Cantant in tomo... in terra conſtituti: *Gloria in excelſis Deo*, Gra...
*S. Hermili[9] Martyr. Surius.* *Deus.* Et non cantabunt tribulati in pœnis? S... *tyres*, reſumit idem Chryſoſtomus, *in car... vinculis detenti, vel malis innumeris obducti, ... pueri in igne cruciati nihil intermittebant Deo ... laudesque referre: quantò magis nos in tribula... noſtris?*

*S. Auguſt. in Pſ. 148.* Rationem S. Auguſtinus adducit. Si futu... tota conſiſtet in laudando Deum, ſimilis de... vita præſens omni tempore tàm proſperitatis qu... verſitatis: nec ullus idoneus erit futuræ vitæ, ... præſenti huic laudis officio operam dederit. *Me... præſentis vita noſtra in laude Dei eſſe debet, qui... tatio ſempiterna futura noſtra vita laus Deo erit: ... poteſt fieri idoneus futuræ vitæ, qui ſe ad illam ... non exercet.* Et hic ſit finis Martyrii patientiæ, adeòque totius præſentis exercitij.

# EXERCITIUM SEXTUM.

## *De Oratione.*

## CAPUT I.

### *De Neceſſitate Orationis.*

HÆC neceſſitas orationis (quæ non ſolum ſignificat exercitium Meditationis, verùm etiam petitionis, *ut eſt petitio decentium à Deo*) fundata eſt in duobus principiis: primum eſt, quod abſque gratiâ Dei per merita Chriſti nobis conceſsâ nullum opus ſupernaturale vitæ æternæ meritorium facere poſſimus.

Veritas hæc de fide eſt, contra Pelagianos determinata, nobisque tradita ab ipſomet Chriſto Domino in S. Evangeliſta Joanne: ubi expreſsè ait: *Sine me nihil poteſtis facere*, videlicet, ſine gratia mea excitante & ad- *Ioan. 15.*
juvante ne minimum opus ſupernaturale & meritorium efficere poteſtis. Idque declarat exemplo palmitis, qui nullum fructum proferre poteſt, *niſi manſerit in vite.* Ratio hujus eſt, quia liberum noſtrum arbitrium eſt *loc. cit.*
potentia naturalis, proportionata ſolùm ad actus ſimi- *D.T. 1. 2.*
liter naturales eliciendos: quare ad actus ſupernaturales *q. 109.*
fidei, ſpei & charitatis, &c. elevari ac proportionari debet medio auxilio gratiæ ſupernaturalis. Hanc rationem elucidat S. Thomas exemplo motus corporalis, ad quem ultra motum propriæ formæ requiritur motus ſupremi moventis, nempe, cœli: ſic ignis calefacere

nequit, niſi ultra act onem ſuæ naturalis pote-
vetur per concurſum ſuperioris cœli; pari ratio-
mnem motum ſupernaturalē, ultra motum liberi
lib. de co. & gra. noſtri requiritur motus gratiæ: *Sine gratia inqui-*
guſtinus, *nullum opus bonum facere poteſt homo, ſi-*
*tando, ſivè volendo, ſivè operando.*

Hæc eadem veritas confirmatur ab Apoſto-
1. Cor. 12. *mo poteſt dicere, Dominus IESVS (non ſolum*
*nec corde) niſi in Spiritu Sancto, id eſt, niſi ex*
*gratia Chriſti.* Sed neque bonam ac meritoria-
2. Cor. 5. tionem habere poſſumus: *Non ſumus ſufficientes*
*aliquid à nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia*
1. Cor. 4. *Deo eſt* Unde concludit Apoſtolus: *Quid ha-*
*non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris qu-*
*acceperis?*

Hæc eſt cauſa, ſubinfert S. Thomas, *quare om-*
*bonum Deo ſit referendum.* Nam gratia Dei cujus-
bonæ operationis principium eſt. Unde etiam
Enech. c. 32 Auguſtinus: *Totum detur Deo, qui voluntatem*
*& præparat adjuvandam, & adjuvat præpa-*
Et poſt pauca: *Volentem præparat, ut velit, ſubſe-*
*ne fruſtrà velit.* Quapropter valdè ſollicita eſt E-
cleſia ad implorandam ſemper hanc Dei gra tiam
cendo: *Tua nos, quæſumus Domine, gratia ſemper*
*veniat, & ſequatur: ac bonis operibus jugiter præ-*
*intentos.* Idem determinat Concilium Tridenti-
Seſſ. 6. cā. 3. *Si quis dixerit ſine præveniente Spiritus ſancti inſpi-*
*atque ejus adjutorio hominem credere, ſperare, di-*
*aut pœnitere poſſe, ſicut oportet (id eſt ſupernaturali-*
*meritoriè) anathema ſit.*

Propoſita igitur veritas ritè rectèque pene-
cognita ſummopere nos humiliare imò annihila-
bet: dùm videmus naturalibus noſtris viribus, ſine
naturali & ordinario concurſu Dei nihil nos pr-
poſſe in ordine ad ſalutem noſtram aſſequendam;
etenim, ut ſacri inſtruunt Doctores, lapidi non abſimiles
qui ex ſeipſo quidem deſcendit & ima petit; at non
vi ſuperioris moventis aſcendere poteſt: ita à nobis
ipſis peccare poſſumus; ſed ſine virtute gratiæ reſur-
& mereri non valemus. Hanc ob cauſam nullus
ſanct-

nctiſſimæ etiam vitæ de ſuo ſtatu debet eſſe ſecurus:
eque ullus peccator licet peſſimus deſperare debet;
uoniam concurſus gratiæ eſt liber, *& ubi vult, ſpirat,*
juſto denegari, peccatori autem donari poteſt. Ideò
ncti non deſpexère peccatores, neque iisdem ſe prætu-
re: eumnamque, qui hodiè peccato obnoxius eſt, cras
pe gratiæ reſurgere, nec juſtificari tantùm; ſed & ſan-
tificari poſſe, optimè noverant.

Secundum principium eſt, hanc gratiam absque
oratione haberi non poſſe: idque dependet ab ordi-
natione ac diſpoſitione Divina. Etenim Deus diſpo-
ſuit dare effectus naturales per concurſum ſuarum cau-
ſarum naturalium (dat frumentum, terræ mediante
aratione, vinum, vitis mediante cultura, &c.) Ad eun-
dem modum ſupernaturales effectus gratiæ elargiri di-
ſpoſuit mediante oratione: unde magna hominum de-
mentia eſt, inquit Cajetanus, exſpectare effectus natu- *2.2 q.8.*
rales intervenient concurſu cauſarum naturalium, *art.8.*
& ſupernaturales abſque oratione: indè provenit
quoque, quod *ſomniantes in cauſis, nihil proficiamus
in fructibus.* Quapropter Chriſtus Dominus nos ex-
hortans ait: *Petite, & accipietis: quærite & invenietis:* *Luc.7.*
*pulſate & aperietur vobis.* Vero verius eſt, plurimas
a Chriſto nobis concedi gratias non petitas; ſed veriſſi-
mum etiam eſt, plures alias non concedi nobis, niſi
petantur ab ipſo. Sanctæ Elizabethæ revelavit Sanctiſ-
ſima Virgo: ſcias pro certo, filia, nullam è cœlis *S. Bonav.*
deſcendere gratiam niſi mediâ oratione; & ego ipſamet, *de vita*
prima excepta gratia, reliquas omnes obtinui interventu *Chriſti.*
multarum orationum.

Ita ſuaviter diſpoſuit Deus, tam propter debitam pro-
portionem, quæ mediare debet inter medium & finem,
inter effectus gratiarum ſupernaturalium & medium
orationis pariter ſupernaturale: quàm propter utilita-
tem noſtram, ut eò frequentiùs converſemur cum Deo
ter Opt. Max. noſtra adaugeamus merita, credamus ac
confiteamur manifeſtè, primum Datorem, omnisque
boni principium eſſe ſolum Deum. Ergò non oremus,
*ut mutetur diſpoſitio Dei, ſed ut impleatur:* & præmittentes *S. Thomas.*
orationem gratiæ *applicemus cauſam effectus.*

Non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non oratio duntaxat habet hanc vim in
gratiam; verùm etiam perſeverantia gratiæ
tinuæ, & non interruptæ per peccatum m
mortem uſque; vel finalis, ut cùm quis morit
tia, tametſi primò prolapſus fuerit in peccatum
1. 2. *art.* probat S. Thomas, quia operibus bonis p
*penult.* poſſumus ſolam gratiam ſufficientem; ergo
utpote ad perſeverantiam neceſſaria, im
impetratur per orationem, tanquàm per
cunctorum effectuum ſupernaturalium
tum. Et juxta S. Auguſtinum, hæc perſe
petitur in oratione Dominica: *Et ne nos*
*tentationem.*

Sufficiens gratia orationis quoque effectus
ſimè namque non datur immediatè; ſed medi
*Bellar. li de* tione: *Deus impoſſibilia non jubet*, docet S. Aug
*Nat. & Gr.* *ſed jubendo, vel dat, ut poſſis, vel ut cre*
*c.* 43. Propterea optimum medium eſt, ut, quoti
*S. Auguſt.* bonum aliquod opus peragere non potes,
*Epiſt.* 112. orationem, & virtutem ſupernaturalem adi
quondum impetrabis. De S. Paulo refert
ſtomus, quod ſtupenda ac mirabilia vires
excedentia operabatur: *& per orbem terra*
*luti alatus diſcurrebat, geſtando catenas,*
*flagella, &c.* non alio inſtructus medio
*orationis.*

Verùm, ut infallibilis ſit, & *ex juſtitia*, hæc imp
orationis, nonnuliæ, juxta doctrinam S. T
requiruntur conditiones: primò, ex parte
orantis neceſſarium eſt, ut oret pro ſe, & n
ſiquidem contingere poteſt, ut ille alius, pro q
orabit, non velit ejusmodi gratiam: & peccat
non eſt in gratia conſtitutus, nonnunquàm im
poteſt *ex miſericordiâ*; at *non infallibiliter, & ex*
Secundò, ex parte rei, quæ petitur, requiritur, u
*pediens ad ſalutem.* Tertiò, ex parte modi,
titur: ut, nimirùm, petatur cum perſeveran
fiducia: & hoc modo non tantùm vult nos ex
*Serm.* 5. *in* Deus; ſed etiam indubitatè exaudiet: *&*
*Quadrag.* *duobus indubitanter eveniet*, ait S. Bernardus,

*quod petimus, aut quod nobis utilius.* Subjungit Chriſtus Dominus noſter motivum: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo (id eſt propter merita & juſtitiam meam) dabit vobis.* Ioan.16. Et Pater æternus propter infinitum amorem, quo fertur in Filium, & propter ejusdem merita non denegabit, quod ab eo petitur.

Præterea, non tantùm neceſſaria eſt oratio pro ſalute propria, ſed etiam pro ſalute proximi. Neque ad fructificandam terram ſufficit induſtria agricolæ, niſi ſuo influxu cœlum ſimul concurrat: neque ſufficiens eſt externa Concionatoris prædicatio, quæ auſcultantis duntaxat penetrat aures, niſi Deus interna ſanctæ ſuæ inſpirationis prædicatione cor ſimul moveat: *Prædicante Paulo*, inquit Scriptura, *Deus movit cor lydiæ.* Act.16. Efficax hæc inſpiratio impetratur per orationem. Quapropter Prædicatoris fungens officio, ut magnum proferat fructum, neceſſe eſt, homo ſit multarum orationum: veluti ſucceſſit S. Bernardo, qui *quos convertere non poterat prædicatione, domum rediens, convertebat oratione.* Bern. Bell. cõc. de lum. fidei. Sic illam compunctionem cordis, quam S. Catharina à peccatore quodam pluribus verbis & ſermonibus alias efficaciſſimis extorquere non poterat, ſubito impetravit confugiens ad orationem. Ac proinde Oratio inſtrumentum potentiſſimum efficaciſſimumque eſt ad ſalutem & perfectionem propriam, uti & proximorum obtinendam.

Ut clariùs hanc orationis neceſſitatem elucidemus, varios encomiorum titulos, quibus eam illuſtrant SS. Patres, proferamus. S. Thomas vocat illam Scholam cœleſtem, in qua, ſecundum Auguſtinum, Chriſtus crucifixus eſt Magiſter: 2 2. q. 2. art. 3. *Patibulum Chriſti patientis, cathedra Chriſti docentis*, qui mediante Divina Spiritus ſancti gratia docet animam myſterium crucis abſconditum. Cujus ratio eſt ſecundum eundem S. Thomam, quia ad finem ſupernaturalem, ad quem creati ſumus, *perveniri non poteſt, niſi per modum addiſcentis à Deo Doctore.* Ac propterea dixit Chriſtus in S. Joanne: Ioan.16. *Qui audivit & didicit venit ad me.* Ex hoc intellige, quomodò te habere debeas in oratione, nimirum, ut diſcipulus ſtans juxta pedes Crucifixi te docentis & in-

ſtruentis

ſtruentis doctrinam efficacem *Regiam viam ſua-*
*cis.* Appellat inſuper orationem *quaſi complē-*
S. Thomas. *Baptiſmi:* quia pro ſalute adultorum non ſolum
eſt, tollantur peccata; ſed etiam mortificentur
primus effectus fit per baptiſmum, ſecundus
3.p.q.19. tionem. Ideòque notat S. Thomas, ſignanter
vangeliſtam: *Chriſto baptizato & orante apertum*
*lum:* etenim ſine oratione non ſufficit baptiſmus
lutem, uti jam dictum eſt.

S. Chryſoſtomus condecorat orationem
& titulo Reginæ virtutum: ſiquidem cunctas
lib. de orā- ducit & conſervat in anima; *ubi Regina*
do Deum *civitatem, omnis opulentia pariter conſequitur*
tom.5. *poſtquàm deprecatio ingreditur in animam,*
*tus ſimul ingreditur.* Et quemadmodum
dem, *nudus homo naſcitur in naturalibus;*
ei manus, *inſtrumentum, inſtrumentorum,*
ſtrumento *omnia ſibi neceſſaria acquirere poteſt*
modo *in ſpiritualibus nudus eſt homo; ſed dedit*
*orationem, qua omnia dona ſupernaturalia*
S. Aug. *quirere poteſt.* Et hoc ipſum colligit S. Aug.
ex ipſo nomine *Meditationis*, quod idem ſonat
*mentis ditatio, per quam animus cœleſtibus*
*locupletatur virtutibus.* Idem S. Auguſtinus
nat orationem clavem cœli: *Oratio juſti clavis*
*paradyſi. Aſcendit deprecatio, & deſcendit Dei*
*ratio: & cùm videris non à te amotam deprecationem*
*tuam, ſecurus eſto, quia non eſt à te amota*
*cordia ejus.* Unde ſecundum Auguſtinum,
conjunctæ ſunt *noſtra oratio & Dei miſeratio,*
S. Chryſ. cauſa hujus. Denique à S. Chryſoſtomo appellatur
rus fortiſſimus & inexpugnabilis civitatis animæ,
nimen adverſus omnes hoſtium inſultus, lux &
animæ, beatitudo participata, exercitium Angel-
& ſuavis quædam converſatio cum Deo: *Conſi-*
inquit, *quanta ſit orationis gloria fabulari cum Deo*
*Chriſto miſcere colloquia.*

Ex duobus hiſce principiis evidēter deducitur ora-
nis neceſſitas ad ſalutem & perfectionem obtinendam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod ſi enim gratia neceſſaria eſt ad ſalutem, veluti in primo principio probatum eſt; & oratio neceſſaria eſt ad gratiam, uti probatum eſt in ſecundo principio: ſequitur in bonâ ac evidenti conſequentia orationem neceſſariam eſſe ad ſalutem: ſiquidem *eadem eſt neceſſitas finis ac medij, ſine quo non poteſt haberi finis.* Inſuper, ſi continuò indigemus gratia ad reſiſtendum inimicorum tentationibus, & ad operandum propter finem ſupernaturalem, & cum merito; continuus quoque debet eſſe orationis uſus: *In omnibus actibus, cogitationibus, & motibus adjutor & protector eſt orandus Deus*, ait Cæleſtinus Papa.

Caſſianus docet, omni tempore, in omni loco, in omni ſtatu, & in quacunque actione: in conſolationibus, in tentationibus, in adverſitatibus: nocte dieque: quandò manè evigilamus, quandò veſperi decumbimus: domi & foris: ſivè ſumus infirmi, ſivè ſani: ſemper recurrendum eſſe ad Deum, ab eoque petendum auxilium per hunc, quo uti ſolet S. M. Eccleſia, verſiculum: *Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me feſtina*: ut impetremus gratiã neceſſariam, ſine qua nec à peccato abſtinere, nec ullum opus bonum meritorium peragere poſſumus. Iſto verſiculo, inquit idem, cunctæ comprehenduntur virtutes, fides, ſpes, charitas, Religio, humilitas, obedientia, perſeverantia: noſtræque meditationis, qua totalem conſequimur perfectionem, continua debet eſſe materia: *ut omnis noſtra converſatio, & cordis volutatio, una & jugis efficiatur oratio.* Hæc doctrinâ adeò proficua evidentiſſimo confirmatur teſtimonio Chriſti D. N. qui, poſtquàm plurima & varia dederat documenta ad perfectionem Evangelicam ſpectantia: ſtatim ſubjunxit medium, quo illam acquirere poſſimus, dicens: *Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis.* Quaſi vellet dicere: non prædico vobis difficilia, nec propono impoſſibilia, petite, poſtulate, orate, & totum facilè obtinebitis: *omnis enim, qui petit accipit: & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur.* Et hoc ſufficiat de neceſſitate orationis.

*li. de or. c. 9.*

*Matth. 7.*

Ex hucusque dictis formabis propoſitum
dandi orationis ſtudio, utpotè quod eſt ſignum
S. Chryſoſt. omnis perfectionis: *ſi video aliquem*, ait S.
ſtomus, *non amantem orandi ſtudium*, con
*palam eſt, nihil egregiæ virtutis in animo* p
*ſi videro deditum orationi, conjecto*, *templum*
*omni virtutis genere ornatum.* Crede &
Luc. 18. ipſum met Chriſtum tibi dicere: *Oportet*
Ioan. 16. *rare, & non deficere: petite & accipietis*:
Bellarm. & exaudiet. *Sicut, ſi quis juberet pauperi*, u
*peteret eleemoſynam; non poſſet illi juſtè* den
*moſynam.*

Recordabor quoque conſilij Caſſiani ſupra
ti, videlicet, ut in omni actione, paſſione &
proferam orationem illam Eccleſiæ: *Deus*, i
*rium meum intende: Domine, ad adjuvandum*
Similiter recurrens ad ſanctiſſimam Dei Ma
tum auxilium, dicam: *Deus, in adjutori*
*intende: Domina, ad adjuvandum me feſtina*:
*tende, Domina feſtina.*

De modo deindè orandi per diem ſpecialit
in exercitio præſentiæ Dei.

# CAP. II.

## *De Modo Meditandi.*

PRimò; optima ad meditationem diſpoſitio
proxima, quàm remota eſt puritas cordis.
S. Thomas cundum S. Thomam conſiſtit in mortificatione
1.2.q.180. num noſtratum per virtutes morales acquiſita,
amore Dei. Etenim proprium eſt amoris ingen
ſiderium lubenter agendi & converſandi cum
Ama Deum, idque ſufficiet diſpoſitioni tuæ ad
ficiendam orationem.

S. Ignat. in Secundò, in meditatione hæc ſolent fieri p
exercit. primum eſt præſentia Dei: *Animo ſurſum eleva*
*rem Dominum meum Ieſum, ut præſentem & ſpe*
*quidnā acturus ſum.* Secundum eſt oratio præpa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ferendo orationem illam purè ad gloriam Dei. Tertium eſt Hiſtoria. Quartum eſt compoſitio loci. Quintum eſt petitio, circa quæ advertendum, duo prima in omni meditatione eſſe eadem: tria alia variari, conformiter variatur meditationis materia.

Primum præludium aptat diſponitque attentionem: ſecundum intentionem: tertium memoriam: quartum intellectum: quintum voluntatem.

Factis præludiis, ſequitur meditatio, quæ conſiſtit in motu virtuoſo voluntatis eſto ſit deſtituta præviâ illuſtratione Divinâ, cœleſtique voluptate & oblectatione ſubſequente. Memoria debet proponere objectum meditandum, intellectui incumbit diſcurſu ſuo illud intelligere, & voluntas variis affectibus, variorúmque actuum virtutum exercitio verſus idem objectum moveri debet. Ex quo ſequitur, meditationem debere eſſe practicam: quia eſt cognitio quædam, quæ ordinatur ad voluntatem, & à voluntate ad operationem. Debet eſſe accurata & conſtans, non vagando per varia puncta; ſed uni & eidem inſiſtendum eſt: exercendi ſunt actus virtutum, fidei, ſpei charitatis, Religionis, humilitatis, obedientiæ, admirationis, confuſionis propriæ, propoſiti, &c. Debet inſuper eſſe penetrativa: quocirca cuilibet meditationi adjungi ſolet prima & ſecunda repetitio, uti & applicatio ſenſuum, *ad imprimendas fortiùs animæ contemplationes.*

Add. 4. i. Hebd. exer. 4.

Exerc. S. Igna. Hebd. 4. not. 2.

Hunc eundem meditandi modum docuit S. Bernardus, duo diſtinguens in meditatione: *affectum & exercitium virtutis*: & primum, ait, non eſſe in noſtrâ poteſtate, ſic tamen ſecundum. Et quandò dicit Propheta: *Delectare in Domino: non de affectu loquitur*, inquit idem S. Doctor, *ſed de exercitio: affectus enim ille beatitudinis eſt; exercitium verò virtutis.* Quod idem proponit S. Auguſtinus, cùm docet modum orandi, dicens: *ora in fide, ora fideliter, ora amanter: fides, ſpes, charitas ad Deum perducunt orantem*, vult dicere: ſub oratione confide & ſpera in Deo, ac deindè exerce intellectum fide, voluntatem charitate, aliarumque virtutum exercitio, & optimam perficies orationem. Subjungit etiam

Bern. ſerm. 5. de Quad.

S. Aug. Ep. 221. de ora. Deo.

humilitatem, qua orare debes: *Ora ſicut pa…*
*dùm enim veras futuri ſæculi divitias habes.*
*Gerſon de morte contem. 3. p. q. 39.* dus orandi à Gerſone vocatur *ſancta mendic…*
multùm à Sanctis commendatur. Rogatus …
ſanctis Patribus, ut doceret modum orandi …
*magiſtros meos*, reſpondit, *& ipſi vos docebunt.* …
rando, quinam eſſent magiſtri ſui, dixit, illos …
petes: unde quemadmodum illi ſe gerunt …
cando, ita vos, ſubjunxit, habere debetis …
Mendicus non confidit in ſe, ſed in miſericor…
tentiâ divitis: non oſtendit ſanas corporis pa…
quid boni habet; ſed plagas & vulnera, & …
mali habet: nunquàm fatigatur petendo, …
*Luc. 18.* cæcus Evangelicus, qui *aliis increpantibus* …
*mabat: Fili David, miſerere mei:* & tam…
quouſque exauditus fuit. *Et quia Publicanus,* …
*S. Bern.* S. Bernardus, *hanc regulam pauperum ſerv…*
*melius Phariſæo; ideò deſcendit juſtificatus ab…*
*præ illo.*

*S. Dionyſ. de Divin. Nom. c. 4. S. Th. 2. 2. q. 180 ar. 6.* Modus hic meditandi fundatur in doctrina S. …
Areopagitæ declarata per S. Thomam, qui …
tres contemplationis motus: primus eſt mo…
qui fit ab uno loco ad alium, & ſignificat diſc…
tellectus: ſecundus eſt circularis, qui eſt …
*& ſemper circa idem centrum*, & ſignificat p…
contemplationem, *quæ fit per ſimplicem intuit…*
*veritatis ſine diſcurſu*: terti⁹ mot⁹ eſt obliquus, q…
tu recto & circulari compoſitus eſt, & ſignifica…
tionem compoſitam ex diſcurſu & ſimplicitate …
plationis. In ſecundo horũ trium motuũ conſi…
plationis perfectio, in quâ quodammodò aſſ…
Angelis in cœlo, & à SS. Patribus vocatur o…
ſentiæ Dei, oratio quietis, oratio ſilentij. Ete…
anima apprehendit *per ſimplicem operationem* …
infinitam bonitatẽ, pulchritudinem & dulcedi…
voluntate gaudet, & complacet ſibi in illa, exe…
actus virtutum, uti ſuprà dictum eſt.

Perfectio hujus exercitij colligitur ex eo, q…
illud perfecta Dei imago renovetur in animâ: ad …
neceſſarium eſt, primò, habere tres potentias na…

emoriam, intellectum & voluntatem: ſecundò, es virtutes ſupernaturales, fidem, ſpem & charitatem: denique pro ultimo complemento ac perfectione jus imaginis neceſſarium quoque eſt, habere actus arum virtutum, quibus anima perfectè ſeſe unit Deo: er actus fidei ſe conjungit Filio Dei, *qui eſt prima veri-as*: per actus ſpei ſe unit Patri, *qui eſt ſumma potentia*: per actus charitatis unit ſe Spiritui ſancto, *qui eſt in-nita bonitas*. Et quemadmodum eſſe Dei non conſiſtit n potentiâ, vel in habitu; ſed in actu quodam perfectiſ-imo, & ſimpliciſſimo: ita noſtra natura, ut ſit perfectè im lis Naturæ Dei, ultra perfectionem potentiæ, & irtutum, perfectione actuum, actualisque virtutum xercitij prædita eſſe debet.

Tertiò, poſt meditationem reflexionem facies, con-ſiderando, quomodò ſucceſſerit mentalis oratio: *Si malè, inquires cauſas cum pœnitudine & emendationis propoſito: Si benè, gratias Deo ages, eundem poſtea modum obſervaturus.* Et in particulari obſervabis fructus ex oratione provenientes, ut ſunt lumen, affectus, propo-ſita, dona ipſiusmet orationis: examinabis diſtractiones cæterosque defectus commiſſos: & ſicut Deo referes gratias de perceptis fructibus; ita poſtulabis veniam de commiſſis erroribus & defectibus cum propoſito emen-dationis. Circa deſolationem, ſi ſubſtantiam actus tolli adverteris, defectus tuus eſt, ac proindè pœnitentiam deſuper ages, teque emendabis: ſi verò tollatur con-ſolatio conſequens, contingere poterit abſque defectu tuo, veluti accidit Chriſto Domino oranti in horto, ubique proderit ad mortificandum pro-prium amorem ſpiritualem.

*Exercit. S. Ignat.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# EXERCITIU
## SEPTIMUM.

### De Mortificatione.

### Caput I.

### *De Neceſſitate & Excellentiâ Mor-*
### *cationis.*

Nihil eſt in mundo, quod magis a-
tur, devitatur, & fugitur, quam
ſuiipſius abnegatio & mortifica-
contra eâ nihil dignius amore,
& proſecutione. Mortificatio
vera mater filiis ſuis omne verum bonum deſide-
curatq; ; regulat noſtras cogitationes, affectus
rectificat intentionem, pulchram animæ imag-
format, priſtino eam reſtituendo ſtatui, veterem
& ſpoliat homine, novo induens, ac veram gra-
novis ingenerat.

Peccatum, uti nulli dubium eſt, unica ac to-
mnium noſtrorum malorum extitit cauſa ; p-
nos vitâ gratiæ, mediante culpâ, ac debitâ p-
rum ſubordinatione, concupiſcentiæ mediante
At ſanctum mortificationis exercitium tot ram-
malorum unicum remedium eſt. Siquidem,
per baptiſmum reſtituatur gratia ; attamen deord-
appetitus inferioris refrenanda ac regulanda
mortificationem & ſuiipſius victoriam. Unde m-
catio jure merito appellari poteſt complemento

pu-

ſmi, & juſtitiæ originalis ſupplementum: ſupplet
mque, quod deeſt in baptiſmo, mitigando fomitem,
quodammodò fungendo officio juſtitiæ originalis,
et non cum tantâ perfectione. O ſancta & benedicta
ortificatio! *Venerunt mihi omnia bona pariter cum* Sap. 7.
a. Verum ſignum, quo ab aliis diſcernuntur legitimi
ij Dei, dignum vexillum, ſub quo Chriſti crucifixi
ilitant pugiles, arrha certiſſima æternæ gloriæ,
rdis jubilum, gaudium conſcientiæ, ſerenitas men-
s, amicitia & filiatio Dei! O quàm digna, quàm
lchra, quàm pretioſa es in teipsâ! Beatus, qui te
veretur, beatus, qui te ut Reginam adorat, ut Ma-
em obſervat, ut Sponſam amplexatur! Me tibi offero
holocauſtum, dedico in ſacrificium: in perpetuum
bi conſecro, corpus, animam, ſenſus, potentias, cor,
entem, vitam, mortem, eſſe, vivere & operari.

Verum, quâ de causâ tantum bonum exulat à mundi
otitiâ? *Sapientia abſcondita, theſaurus inviſus. Di-* Eccleſ. 2.
*unt malum bonum, & bonum malum: & diligunt* Iſa. c. 5.
*magis tenebras, quàm lucem.* Reſpondeo, imaginem
rucis & mortificationis è parte lumini oppoſitâ inſpi-
iendam eſſe: ſuâ quippè non eſt prædita luce, aſpectu
gaudet differenti ab illo, quem extrinſecus common-
ſtrat. Lumen hujus picturæ ſanctæ fidei lumen eſt;
mundus autem lumine ſenſus eam inſpicit. Tria in
ſe continet mortificatio: afflictionem externam,
virtutem internam, & effectus. Quemadmodum
medicina (& eſt exemplum Doctoris Angelici) ha- D. Thom.
bet in ſe amaritudinem, virtutem productivam, & effe-
ctum ſanitatis: Senſus ſolummodo hæret, & perſiſtit
in externâ apparentiâ afflictionis: fides internam pene-
trat virtutem & effectus. Conſidera, quod tametſi ex-
terius amara ſit mortificatio, virtus tamen ejus interna
mira & ſtupenda eſt ad purificandas & ſanctificandas
animas, illiusque effectus gratiæ & gloriæ inæſtimabiles
ſunt: *Et hoc eſt maximum myſterium Divinæ Provi-* 2. Cor. 12.
*dentiæ*, aſſerit S. Doctor, *ſcire myſterium Crucis:
quod eadem res ſit vitanda, quia mala: appetenda, quia
bona: & vitanda*, quantum judicat ſenſus: *appetenda*,
in quantum rectè judicat fides.

*S. Bern. ſer. 7. in cant.* De Chriſto dicitur: *Aliud cernitur, aliud* [...] *nigrum ſenſus renunciat, fides candidum* [...] *probat.* Unde de ſeipſo ajebat: *Viderunt* [...] uti legit Hebræus, *& fugerunt à me.* *Pſ. 30. v. 12.* Ha[...] prietas Chriſti Sponſi, ut ſenſus ſubterfugia[...] oculis fidei ſe manifeſtet & patefaciat. Eade[...] Sponſæ ſuæ conditio eſt: extrinſecus, oculi[...] carnalibus obſcura & deformis: glorio[...] pulchra intùs, ſpirituali, videlicet, oculo [...] paret.

Hoc eſt verum ſignum dividens & diſcern[...] lucis à filiis tenebrarum, ſervos Chriſti à ſerv[...] Illi oculo fidei aperto contemplantur inviſib[...] gratiæ, quæ mortificatione comprehend[...] acquiruntur: hi verò nonniſi ſenſus apert[...] culum illud duntaxat intuentur, quod deform[...] in cruce.

Et hæc eſt ſcientia juſtis & ſanctis propria: c[...] re & penetrare occultum Crucis myſterium [...] mundo ſtultitia eſt, æſtimare velut altiſſima[...] pientiam, idque ipſummet crucis nomen in [...] bræâ indigitat.

Apoſtoli ante Chriſti mortem fugiebant C[...] poſt adventum Spiritus Sancti eandem deſid[...] & ultrò appetebant. Mutatio hæc è novo lum[...] deſcendente exorta fuit, per quod aptabantur [...] gnoſcendum Crucis pretium, cui pariter attr[...] venit conſtantia SS. Confeſſorum, necnon Sa[...] fortitudo Martyrum.

S. Andreas Apoſtolus ardentiſſimè Crucem [...] ravit, amplexatus eſt, rogavitque efficaciſſ[...] ab eâ ſe moveretur, deponereturque, hanc o[...] quam ipſemet ille inſinuabat: *Quia virtutem* [...] *agnovi.* *In ejus vitâ.* Et N. S. P. Ignatius, cùm Salmanticæ [...] vinctus oneratusque catenis, quibusdam religi[...] ſonis, ei per litteras compatientibus, reſpondit [...] rùm ſe mirari, *Crucis myſterium illis occultum,* [...] *gloriæ theſauros in illa incluſos ignorare.*

In vero cœleſtique lumine ſancti perluſtrabant [...] priam Mortificationem, non tanquàm e propri[...]

negationem, annihilationem; ſed paupertatis mortificationem conſiderabant veluti æternæ gloriæ poſſeſſionem; afflictionem carnis tanquam cœli delicias: propriæ voluntatis abnegationem ſicuti poſſeſſionem & appropriationem voluntatis Divinæ.

Magni lucri ac negotiationis ſpecies eſt, inquit Tertullianus, perdere parum, ut multum lucreris: *Species negotiationis eſt, aliquid amittere, ut majora lucreris:* perdere *momentaneum hoc & leve* terrenæ cujusdam voluptatis, & acquirere *æternum gloriæ pondus*: diſcedere à vita ſenſuali & terrena, & conſequaris ſpiritualem & cœleſtem: ſpoliare te humano ſtatu, ut ſuperinduaris Divino: omnibus ſe privare, ut omnium potiaris dominio: annihilari in teipſo, ut Deificeris in Deo. *Tertull. ad Mart. c. 2.* *2. Cor. 4.*

Ex dictis certiſſima eruitur conſequentia, nihil in hâc vitâ (nobis rem hanc in vero lumine Divino conſiderantibus) dignius, magis neceſſarium, & utilius eſſe ipsâ mortificationis gratiâ.

Res digna eſt, imò digniſſima: quia eſt conformis omni rectæ rationi, humanæ & Divinæ: *Inter potentias,* docet S. Thomas, *debet eſſe ordo, & perfectior dirigere imperfectiorem.* Ergò voluntas ſuperior debet gubernare & regere inferiorem, idque mortificatione mediâ, ſibi ſubordinando & ſubijciendo iſtam. *p. 1. q. 7. a. 4.*

Eſt neceſſaria pro ſtatu naturæ corruptæ, in quo reperitur liber appetitus ſenſitivus ſine freno juſtitiæ originalis: ergò media mortificatione refrenandus, regulandus, ac rationi ſubdendus eſt.

Eſt utilis, quia eſt donum Dei, donum donorum, magnes omnium donorum, & gratiarum Dei. Ope & ſubſidio Crucis & mortificationis, ait S. Petrus, *quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt ejus ſpiritus, ſuper vos requieſcit.* Quantum gloriæ, honoris, virtutis, quantum ex donis Spiritus, quanta inſuper bona, ſive gratiæ, ſivè gloriæ, benigniſſimus Deus elargiri poteſt, ea abundanter nobis communicat mediante Cruce. *Et per hanc, & ſolum per hanc,* ſuas Deus diſtribuit gratias. *1. Pet. 4.* *S. Anſel.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quædam Dei famula frequenter rogabat De[...] ut ſe ei dignaretur manifeſtare, & ille ei[...] paruit *in ſpecie infantuli in faſciis acutarum [...] involuti*, ità, ut ſine ſui læſione & po[...] pſum attingere nequiverit. Unde cœlitus i[...] non aliam niſi hanc ſupereſſe viam invenien[...] ſtùm: tranſire per ſpinas, nimirùm, per[...] viam Crucis & mortificationis. Quapropter [...] S. Franciſcus Xaverius de medio perfectio[...] rendæ interrogatus, hoc dabat reſponſum: [...] *ipſum*. Et cùm rogaretur, cur ſemper idem reſp[...] ſubjungebat; *Quia hoc tantum didici ex optim[...] noſtro Ignatio.*

S. Bonav. de vita Christi.

Et hæc ſatis de excellentiâ & neceſſitate m[...] cationis. Modò breviter ſubiicientur varia m[...] tionum genera.

## CAP. II.

### *De Gradibus Mortificationis.*

Bern. ſerm. de Bapt. 188

QUemadmodum peccati inquinamentum [...] tagio univerſalis eſt, quæ totum homine[...] ctasque ejus infecit partes: *Totum infecit conc[...] tia, & lex peccati in omnibus membris invenitur* [...] eundem modum remedium univerſale, infectisq[...] tibus conforme ſit, neceſſe eſt. Septem gradus [...] cationis diſtinguere poſſumus.

Primus gradus eſt mortificatio corporis, ſec[...] ſenſuum, tertius paſſionum, quartus memoriæ, [...] tus intellectus, ſextus voluntatis, ſeptimus & [...] ſpiritus.

Hæc eſt ſcala ſeptem graduum è terrâ ad cœlum [...] pertingens: quam cùm anima conſcendit, & [...] magis magisque ſe purificat, egreditur ex ſeipsâ, [...] Deum ſe transformat. De ejusmodi animâ ait Pſal[...] *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Aſcenſiones per [...] mortificationis.*

Pſal. 83.

In ſcala illa, quam vidit Jacob, quæque *ſtabat ſuper terram, ſed cacumen ejus cœlum tangebat*, contemplabatur ſanctus Patriarcha cœlum apertum, *Angelos aſcendentes & deſcendentes, & Deum innixum ſcalæ.* Scala hæc figura extitit illius myſticæ ſcalæ mortificationis, quæ nobis iſtius demonſtrat effectus. Etenim, ſi te privas bonis terrenis, bona tibi exhibet cœleſtia: ſi ſubtrahis te à converſatione & familiaritate hominum, Angelorum tibi ſuppeditat conſortium: ſi à teipſo te ſeparas, Deo te conjungis in æterna gloriâ. Gen. 28.

Opus ſanè arduum, nec exiguæ difficultatis negotium, quod, cùm ſis gravatus corporis onere, tantisque hoſtibus, tàm internis, quàm externis, circumvallatus & moleſtatus, ſcalam nihilominùs aſcenſu adeò difficilem conſcendere valeas. Sed audi, unde tibi expectandum auxilium, unde ſperandæ vires: *Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit:* beatus, qui, de ſeipſo diffidendo, totus confidit in Deo, & in ſuccurſu Divino: *Aſcenſiones diſpoſuit*, & aſcendet facillimè innixus Omnipotentis ſuffragio, *& in adjutorio Altiſſimi.* Et ut ab aſcenſu hujus ſcalæ exordiamur, de ſingulis gradibus in particulari diſſeremus. Pſal. 83.

## De Primo Gradu,

### *Qui eſt Mortificatio corporis.*

F*Inis proximus humani corporis*, ut docet Angelicus, *eſt anima rationalis, & operationes ipſius. Materia enim eſt propter formam, & inſtrumenta propter operationes agentis.* Ex quo deſumitur finis, menſura, & modus mortificationis carnis ſeu corporis. S. Th. 1. p.

Corpus debet eſſe ſubordinatum animæ, eique inſtrumenti inſtar inſervire in ſuis operationibus. Quandò igitur corpus, reſiſtendo animæ, huic fini ponit obſtaculum & impedimentum, mortificandum, regulandum & ſubordinandum eſt per jejunia, cilicia, diſciplinas, aliasque aſperitates: *Non debemus*, inquit Bernardus, *corpori voluptatem, ſed ſanitatem.* S. Bern.

Et quotieſcunque nec hæc expediret ſaluti ſp
præſertim animæ : *neque ſanitatem ; ſed infirm*
*ſed afflictionem , ſed laborem.* Verum excu
Thom. de quiſpiam dicendo : *Timeo frangere caput meum*
Kempis de *incurrere debilitatem. Quid loqueris, tipide?*
diſc.clauſt. *parva , non times magna ? times jejunium, vi*
*gilias , times ſollicitudines? & non times in ſup*
*à Dæmonibus torqueri , à Regno Dei excludi!*
dem ſententia perſiſtit idem Sanctus ſermone
Serm 3. in ad fratres ſuos : *Durum vobis videtur , fra*
Pſal. Qui cùm dicitur : *Agite pœnitentiam? Erratis, ſ*
habitat. *turi eſtis aliquando verbum aſperum , ſermonem*
*auditionem malam : ite maledicti in ignem æ*
Galat.5. Conſideremus, quod ait Apoſtolus : *Quæ ſemin*
*homo , hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in ca*
*de carne & metet corruptionem : qui autem ſemin*
*Spiritu , de Spiritu metet vitam æternam.* Vol
tes carnis mortis ſemina ſunt , æternorumque
tormentorum : afflictiones verò ac pœnitentiæ
ris ſemina vitæ ſunt , & cauſa cœleſtium delic
Philip c.3. Conſidera verba iſta : *Salvatorem exſpectam*
*minum noſtrum IESVM Chriſtum ; qui reſo*
*corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori cl*
*tis ſuæ.* Si per pœnitentias corpus tuum attenu
humiliatum , ac ſimile effectum eſt corpori C
paſſo : prœmium quoque ſimile erit ei , quod
corpus Chriſti recepit glorificatum. Et propter
finem , dicit Nazianzenus , vult Deus animam
corpori , *ut conſervum corpus ſuum poſt vitæ*
Orat.2. mortificationem *in ſublimi collocet* , nempè, in
gloriæ.

Quandò verò impotentia mortificandi corpus
vibus pœnitentiis naſceretur ex defectu non qu
voluntatis, ſed virium, vel propter naturam delica
vel propter debilem complexionem , vel propter
bitualem indiſpoſitionem ; in hoc, inquam, caſu
adſunt remedia. Primum eſt , ut pœnitentiæ
planè intermittantur , ſed fiant juxta vires &
cium Patris ſpiritualis ! quia mortificatio corp

non habet *medium rei, ſed rationis.* Ad hunc modum Angelus in Regulâ S. Pachomij non præſcripſit communem quandam pœnitentiam, ſed cujusliber remiſit arbitrio accipiendi talem, quæ propriis correſponderet viribus juxta ſuperioris directionem. Et Sancti Apoſtoli, qui communem habebant orationem & prædicationem (*nos autem orationi & prædicationi inſtantes erimus*) in ſumendis pœnitentiis conformabantur inſtinctui ac impulſui Spiritus Sancti. *Actor. 6.*

Secundum remedium eſt, ut defectus pœnitentiarum externarum ſuppleatur per interiorem, utpotè, nobiliorem mortificationem affectuum, paſſionum, potentiarum animæ, & præcipuè per continuum exercitium & ſtudium præſentiæ Dei. Murmurabant Phariſæi, & dicebant Chriſto: *Quare diſcipuli Ioannis jejunant frequenter, tui autem edunt, & bibunt?* Reſpondit Chriſtus: *Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere jejunare?* Quæ verba exponit S. Thomas, dicens: *Diſcipuli Chriſti non habebant opus jejunare, quia præſentia Sponſi majorem fortitudinem illis dabat, quàm diſcipuli Ioannis per jejunium haberent.* Quare continua Chriſti præſentia, non ſolùm æqualiter; ſed etiam ſuperabundanter ſupplet jejunij defectum, cæteraſque externas pœnitentias, quandocunque non eſt voluntas Dei, ut te in illis exerceas: ſiquidem affectum erga corpus, utpotè omnis deordinationis & defectus originem tibi ſubtrahit: & facit, ut anima habitet in corpore, tanquàm hoſpes in hoſpitio *tranſiturus, non permanſurus*; veluti Intelligentia eſt in ſphæra, manus eſt intenta motui; at cor totum eſt intentum Deo: ſicuti Angelus eſt in aſſumpto corpore, utitur corpore, & fruitur Deo. Idque Apoſtolus inferre volebat, dùm corpus noſtrum compellat nomine veſtis: *Nolumus exſpoliari, ſed superveſtiri.* Illud dominium, iſtamque facilitatem, quam experimur in uſu veſtis noſtræ, in ſervitio & uſu corporis noſtri quoque habere debemus. *Luc. 5.* *Opuſc. 8.* *S. Aug.* *2. Cor. 5.*

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Secundo Gradu,

## *Qui eſt Mortificatio ſenſuum.*

S. Thom. *SEnſus ordinantur ad vitam & intellectum.*
viunt namque ad lucrandum & procuran
ctum pro corporis ſuſtentatione, & ad ſubm
ſpecies ſenſibiles pro eliciendis operationib⁹ int
Ex quo cognoſcetur etiam modus illos mort
Spectatum accedis pulchrum florem, ſuavem au
ſicam, guſtas delicatum & ſapidum cibum: &
ſola delectatio? nec corpori nec animæ ut
ſunt inordinati actus, & regulandi ac mort

S. Thom. ſunt *ſubtractione materiæ, aut mutatione fin*
ceſſa operari, aut operare propter alium bon
nem.

Mendacium eſt peccatum, docent Theologi, q
contra finem ſermonis, qui eſt ore proferre,
ſentitur in corde, & qui mentitur, differente
loquitur, quod intelligit. Pari ratione uſus ſe
propter ſolam delectationem, erit abuſus & pecc
quia eſt contra finem ſenſuum.

Igitur ante operationem examina, quo ducar
tivo: ſi delectatione, mortifica talem affe
ſi utilitate & commodo animæ, ut *per ea, qu*
*ſunt*, pertingas ad cognitionem & amorem Cre
ejus, perge operari, talis enim operatio verget
gloriam.

S. Aug. Noli conſiderare, monet S. Auguſtinus, de
tionem, quam tibi ſenſus proponit, ſed finem
*Noli reſpicere ad delectationem; ſed ad damna*
Conſidera, quantum venenum contineatur ſub p
lo mali, & ex altera parte, quantum præmium
ferat mortificatio & privatio iſtius delectationis.
ſus propter amorem Dei mortificati in hac
pulchra omnium rerum creatarum viſione gaude
in futura vita. Gaudebunt beata viſione Hum
tatis Chriſti. Gaudebunt totali & completa p
obj

objecti ſatisfactione: *& oculus ſaturabitur viſu, auris auditu implebitur*: & idem dicendum eſt de aliis ſenſibus. Eccleſ. 1.

## De Tertio Gradu,

### *Qui eſt Mortificatio paſſionum.*

APpetitus ſenſitivi finis, juxta S. Thomam, *eſt, ſubjici imperio rationis & voluntatis*. Et cùm homo ſit compoſitus ex anima & corpore; *ſecundum utrumque appetitum, & ſuperiorem, & inferiorem, debet tendere in bonum*: *ſecundum illud quod dicitur in pſalmo: Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Ex hoc ſigno paſſionem aliquam, aut bonam, aut malam eſſe colliges: quando enim eſt *antecedenter ad rationem*, mala eſt; quandò verò *conſequenter, vel per modum redundantis, vel per modum electionis*, bona eſt. Suppoſita hac doctrina, modus in mortificandis paſſionibus noſtris ſervandus facilè cognoſcitur. Et eſt hic, ut, nimirum, freno compeſcas, contineasque ſub diſciplina appetitum ſenſitivum, ita, ut non præveniat rationem & voluntatem ſuperiorem; ſed ei ſubmittatur ſubjiciaturque. *In potentiis ordinatis*, docet S. Doctor, *ſecundum movens non movetur, niſi virtute primi moventis.* Ergò appetitus inferior movere debet motus ab appetitu ſuperiori, tanquàm à primo movente. *Hæc eſt pax & tranquillitas ordinis*, quæ debet regnare in anima, & inter ejus potentias: voluntas *moveat mota à Deo*: appetitus *moveat motus à voluntate*: *& ſola voluntas Dei increata ſit movens immota.* Hoc eſt regnum Dei, quod *intra nos eſt, quando Deus ſubjicit ſibi omnia, & Deus eſt omnia in omnibus.*

S. Tho. 1. 2. q. 24.
Pſal. 83.
S. Thom.
1. p. q. 81. a. 3.
S. Aug.
Luc. 17.
1. Cor. 15.

In ſtudio igitur propriæ abnegationis & mortificationis, principalis cura conſtituenda eſt in regulando & mortificando noſtrum appetitum, eumque rationi & voluntati ſuperiori ſubjiciendo: ſicque Divinum illud verificabitur oraculum: *Sub te erit appetitus tuus,* Gen. 4.

*& tu*

*& tu dominaberis illius.* Huic fini multum
applicare & excitare appetitum ſenſitivum, ut
guſterque illa objecta ſenſibilia, quæ ſunt
erigendo ipſum per fidem ad ſenſibilia perma-
æterna alterius vitæ, quæ perfectè explent
S. Bern. appetitum noſtrum. *Si quæritis, quærite; ſed*
S. Aug. *quæritis.* Si quæris & deſideras objecta
quære illa; non tamen in hâc, ſed in altera
ſunt æterna. Si quæris guſtabilia, adora-
non temporalia & tranſitoria; ſed æterna
Hoc excitamentum appetitus utile quoque eſt
luntas ſuperior operetur perfectiùs & promptiùs
titus ſenſitivi cooperatione, veluti docet S. T
1.2 q.34. *Eligit homo ex judicio rationis, affici aliqua*
art. 3. *ut promptiùs operetur, cooperante appetitu*
Et cùm homo hanc attigerit perfectionem,
efficiet ſtatui Beatorum: *quandò ſeminatur corpus*
1. Cor. 15. *male & reſurgit ſpirituale.* Appetitus per
vilis eſt, ut hominem beſtiis non reddat
Aſt quamvis potentia corporalis & materialis
jectata in anima & organo corporis materialis
tualis nihilominùs efficitur per virtutes &
quotieſcunque ſubordinatur ſpiritui: coopera-
ritui Sancto in acquiſitione gloriæ: & quan-
apponit affectum carni; ſed cunctas refutat
licias. Et quia hoc eſt opus omnipotentis ma-
& efficaciſſima virtus gratiæ: ideò à Deo
auxilium, Deoque ter Opt. Max. reddatur
gloria.

## De Quarto Gradu,

### *Qui eſt Mortificatio Memoriæ.*

1. p q. 70. art. 4. MEmoria eſt theſaurus ſpecierum. *Recipit &*
ſervat ſpecies in uſum intellectus: ergo re-
illam. Mortificatio autem memoriæ accipienda
ordinem ad intellectum.

*Purganda eſt memoria à phantaſmatibus*, uti docet
Albertus Magnus, ab illis, inquam phantaſmatibus, *Alb. Mag.*
quæ ſunt impertinentia, quoque impediunt, diſtra-
huntque intellectum a ſua propria operatione. Intelle-
ctus debet ſe occupare in cognitione primæ veritatis,
earumque rerum, quæ ſanctum Dei concernunt obſe-
quium: & memoria eaſdem ſpecies huic fini neceſſarias
in ſe conſervet, neceſſe eſt.

De ſanctiſſima Virgine dicitur: *Conſervabat omnia* *Luc. 2.*
*verba hæc, conferens in corde ſuo.* Reponebat, con-
ſervabatque in mente verba & facta ſpectantia ad Fi-
lium ſuum: *quaſi ruminanda, & diligentiùs illa ſcru-* *Beda. ibid.*
*tanda.*

# De Quinto Gradu,

## *Nempe, de Mortificatione Intellectus.*

Finis intellectus eſt proponere *objectum voluntati.* 1. p. q. 82.
Unde per hoc, quod convenientia, aut diſconve- a. 4.
nientia proponat objecta, reddetur intellectus regula-
tus vel irregulatus: *Sicut dantur otioſa verba*, inquit *Conſt. c. 8.*
Baſilius, *ita dantur otioſa cogitata.* Quemadmodum
lingua mortificanda & continenda eſt ab omni verbo in-
convenienti, non ordinato à ratione ad Dei gloriam;
ita intellectus.

# De Sexto Gradu,

## *Videlicet, de Mortificatione Voluntatis.*

D*Uplex eſt regula humana voluntatis*, juxta doctrinam
S. Thomæ; *ratio humana, & ratio Divina, quæ eſt* 1. 2. q. 71.
*prima regula, & lex æterna Dei, ſecundùm quod eſt directi-* a. 6.
*va omnium humanorum actuũ in ſuos fines.* Et ſicut in Deo
ratio illa & conceptus quo concipi, *quomodò ſit creandũ*,
vocatur Idæa; ita ille actus Dei quo intendit, & deter-
minat, *quomodò rectè operandum in ordine ad finem*, q. 93. a. 1.
dicitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicitur prima regula, & lex æterna: & hiſce uli
formari debet voluntas humana. Hinc conſe
oritur, quod voluntas noſtra motus gratiæ
motus verò naturæ mortificare debeat: illi
primam & ſummam Divinæ Sapientiæ regulam
non Dei ſpectant gloriam; hi noſipſos, prop
commodum reſpiciunt.

# De Septimo & Ultimo Gradu;

## *Nimirùm; de Mortificatione Spiritus.*

S. Aug. Theſſ. 5. HOmo *tres habet partes*, ut docet D. Auguſtin
doctrinam Apoſtoli: *corpus, animam & Sp*
Spiritus eſt pars ſuperior animæ, quæ *dicitur*
*mata & elevata* fide & gratia.

Hoc eſt ſummum mortificationis bonum,
ultimum promoveat perfectionis gradum, in
duntaxat purificatur anima ab omni inordinat
ſed etiam ab actibus bonis & regularis, in quan
proprij. O potentia Altiſſimi, & opus omne
dens naturam! ubi voluntas ſibiipſi renunciat,
ut velit ſine velle, ita quidem, ut *voluntas fiat*
Iſaia. 62. *luntas*, verificeturque Divinum illud oracul
*cabitur voluntas mea in eo*: non ſua, ſed mea
vocabitur voluntas; non jam erit conformat
voluntatis cum Divina, ſed noſtræ potiùs vo
transformatio in voluntatem Dei, adeò, ut
ampliùs ſint voluntates moventes, ſed una ſola
nempè, Divina. Nobiliſſimam hanc mortifica
abnegationem exercuit Chriſtus in horto, quand
Luc. 22. *Pater, non mea, ſed tua voluntas fiat.* Volebat
quamvis voluntas mea deſideret mortem, &
tuæ ſeſe conformet; nihilominùs renuncio hu
voluntati, eſto etiam bona & ſancta ſit, ac vo
ceptoque mortem, non quia ita mea vult vo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

d quia tu ita vis. Et hoc ſufficiat pro ſcalæ noſtræ
implemento.

Verum, ut ad unicum ſolum principium omnes redu-
camus gradus mortificationis, quibus contingit aſcen-
ſus & deſcenſus per hanc ſcalam ( *Quod,* ex mente
S. Bernardi *Angelicum eſt* , fit enim deſcenſus ad ulti-
mum noſtræ annihilationis, & fit aſcenſus ad ſummum
Deificationis in Deo ) Notanda eſt doctrina S. Thomæ
ſupra allegata: *In potentiis ordinatis ſecundum movens
non movetur, niſi virtute primi moventis.* Primarius 1.p.q.81.a.1
motor in homine eſt voluntas rationalis, aliæ potentiæ
ſunt moventes ſecundariò: ergò voluntas unita parti
ſuæ ſuperiori Spiritus, uti & primæ ac ſummæ regulæ
Divinæ voluntatis, tanquàm Regina & Domina regere
ac gubernare debet corpus, membra, ſenſus, paſſiones
memoriam & intellectum: continendo ea à motibus
inordinatis, prohibendo eis omnem alium motum
proprium, niſi ſit conformis & ordinatus à motu regu-
lato voluntatis. Ad hunc modum docet Philoſophus, De anima
quod primum mobile reliquas moveat inferiores ſphæ- 57.
ras; & in Regno politico Princeps ſibi ſubordinatos
movet officiales.

Hic igitur conſidera, anima mea, qualis erit cordis
illius fœlicitas, quod mediāte hoc ſancto mortificationis
continuæ exercitio ad tàm beatum pertinget ſtatum,
ubi voluntas ſoli ſe ſubmittat Deo, *& ſub Deo deſpiciat
univerſa.* Hæc eſt ſumma ſapientia, inquit Bernardus: Bern.
*ſcire præeſſe, & ſubeſſe, & cæteris ſub Deo præeſſe*, obſer-
vando Divinum præceptum: *Illi ſoli ſervies, quia ipſe
ſolus eſt.* Ergò ſoli Deo debemus amorem, obedientiam,
honorem & gloriam.

Inſpice & reſpice totum hoc univerſum, ſingula per-
curre elementa, tranſcende ſphæras cœleſtes, oculos
conſiderationis tuæ converte ad divitias & decorem
paradyſi, ad magnificentiam & multitudinem incola-
rum cœleſtium, penetra cuncta naturæ bona, theſau-
ros gratiæ, fœlicitatem gloriæ: niſi tandem attigeris
Deum, cuncta erunt fruſtratoria: quidquid creatum eſt,
limitatum & inſufficiens eſt cordis noſtri capacitati.
Unicus ſolus Deus increatus, illimitatus, utpotè

*S. Thom.* *univerſale eſſe , univerſale verum , univerſ*[...] quietam reddit animam , explet intellectum, [...] luntatem , teque in perpetuum fœlicem [...] conſtituit.

Hæc igitur ſit ſcopus & finis hominis Ch[...] *B. Ægid.* *Sola ſoli, & una uni.* Sit ſola anima ſoli Deo [...] fugiat omne illud , quod non eſt Deus. & non [...] velit ametque conſortium & familiaritatem. E[...] de gradibus mortificationis. Videamus nunc [...] praxin, uti & conditiones ejusdem.

# CAP. III.

## *De mediis ad aſſequendam mortifi[...]tionem.*

UNiverſalia ac neceſſaria media , quibus m[...]tionis ſcalam conſcendimus , reducuntur a[...]que capita. Primum eſt præſentia Dei. Secund[...] moria Paſſionis Chriſti. Tertium oratio. Q[...] odium proprium. Quintum & ultimum eſt e[...] contrariorum actuum.

Quod attinet ad primum, *Memoria Dei aſſi*[...] Baſilius, *contra omnes tentationes medelam præ*[...] potentiæ ſuperiores unitæ Deo ad eundem fin[...] trahunt potentias inferiores.

In curru gloriæ Dei , quem vidit Propheta E[...] rotæ non trahebantur ab animalibus ; ſed à ſeip[...] *Ezech. 1.* vebantur, quia *ſpiritus vitæ erat in rotis.* Idem [...] ſpiritus ſe communicabat animalibus ; mirabili [...] morphoſi transformabantur in aliam formam An[...]rum & Cherubinorum.

Simile contingit animæ ex gratia Divinæ præ[...] Potentiæ ſuperiores non trahuntur ab inferiorib[...] per virtutem ejusdem gratiæ, potentiæ inferiores, [...] ex naturâ ſuâ ſenſuales & animales ſunt, fiunt ſpiri[...] & non tantùm Angelicæ; verùm etiam quodam[...] Divinæ , cum elevantur ad operandum in ord[...] Deum & pro Deo. Beata præſentia! quæ immo[...] efficit animam, & dum *innititur in immobili,* adi[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſatiatur: *Anima ſaturata* conſolationibus cœleſti- S. Thom.
*bus calcabit favum* terrenarum conſolationum: à terrâ Prov. 25.
ſublevatur in altum: *Suſtollam te ſuper altitudinem terræ:* Iſa. 58.
unde omni recreata facta ſuperior obtutum ſuum figit
in pulchritudinem verbi: *Et oculis deſiderantibus Chri-* S. Hieron.
*ſtum, nihil aliud dignatur aſpicere.*

Secundum medium pro mortificandis & regulandis
affectibus eſt continua memoria Paſſionis Chriſti:
*Percuſſus, ſi aſpexerit, vivet.* Variis afflictaris tenta- Num. 21.
tionibus, motibusque inordinatis; Reſpice devotè
myſticum ſerpentem, Chriſtum, ſcilicet, Crucifixum,
& liber evades. Inſpice Chriſtum hominem, & re-
ſpicieris à Chriſto: coniice mentis oculos in Paſſionem
Filij, & Patris te reſpiciet miſericordia: veluti Domi-
nus cuidam ſanctæ revelavit Perſonæ: *Anima, quæ de-* Bloſ. Mon.
*votè reſpexerit Crucifixum, reſpicietur à Dei miſericordiâ.* p. 1. c. 1.
En facilitatem hujus medij: in unico conſiſtit intuitu:
*Reſpice, & ſalvaberis.*

Quapropter Apoſtolus mortificationem noſtram
Quiſtâ de causâ vocat *Mortificationem IESV* (*Mortifica-* 2. Cor. 4.
*tionem IESV in corpore noſtro circumferentes*) non ſolùm,
quod eam ſufferre debeamus propter amorem & glo-
riam JESU, aut ad imitationem JESU, & ut ei aſſimi-
lemur; verùm etiam, quod ipſam ſupportare nequea-
mus, JESU deficiente auxilio: idque obtinebimus, ſi
cum conſideratione & memoriâ Paſſionis Filij non tra-
damus oblivioni compaſſionem Matris, quæ ſtat juxta
crucem, vel potiùs in eâdem cruce ſimul crucifixa cum
Filio. Hujusmodi exemplo amaritudo crucis & mortifi-
cationis tuæ dulcorabitur.

Tertium medium eſt oratio, veluti expreſſè ipſemet
Salvator docuit dicens: *Vigilate & orate, ne intretis* Matth. 26.
*in tentationem.* Variis jactamur tentationum undis,
nimium opprimimur mortificationis dolore: recurra-
mus ad orationem, clamemus cum Apoſtolis: *Domine* Matth. 8.
*ſalva nos, perimus.* Ut enim quæcunque gravis ſuperetur
tentatio, neceſſaria eſt gratia, quæ nonniſi media obtine-
tur oratione: & hac de cauſa Adamum cecidiſſe ferunt,
quod tentationis ſuæ tempore per orationem non con-
fugerit ad Deum.

Quartum medium eſt odium proprium, ne
Ioan.12. commendatum a Chriſto hiſce verbis: *Qui odit*
*ſuam, cuſtodit eam, &c: Qui non odit Patrem,*
*& animam ſuam, non eſt me dignus.* Per hoc
odium facilis efficitur mortificatio: nam odi
quod odio dignum eſt, idque non eſt natura, ſed
piſcentia, & inordinatus appetitus illius. Eſt
odio habendum, odio quoque dignus eſt fomes
S. Aug. pium & cauſa peccati: qui fomes opinione D.
*in tentatione hominis tenet locum ſerpentis, &*
*ſerpentem*: etenim, ſicut Dæmon tentavit Adam
ſerpentem, tanquam per proprium inſtrumentum
nos tentat per appetitum ſenſitivum irregularem
quotieſcunq; mortificatur & vincitur noſter ap
devincitur pariter & mortificatur Dæmon, eripi
ei arma è manibus. Serpens venenoſus, ſerpens
concupiſcentiæ, ſentina iniquitatis, Sathanæ
primogenitus Luciferi, pratum Inferni conſili
creaturarum deordinatio, animarumque d
ultimum exterminium. Ille debet eſſe unicum
jectum, & terminus mortificationis, tanquam
tyrannus, rebellis, ſemper ligatus, frenatus, &
tuum carcerem damnatus habendus eſt. D.
InLucã c.1. cape conſilium: *Noli eſſe terrenis alligatus:*
tere, ut tibi prædominetur ſenſus: *eſto filius*
*mat te terra, non capiat: vereatur caro poteſtatem*
*tui, & concuſſa ſubdatur.*

Quintum & ultimum medium eſt exercitium
Coll.12. 5. actuum contrariorum: *Non poſſunt ſuperari,*
Caſſianus, *affectiones malæ, niſi introducantur*
per alterum ſuperatur affectus, amor ſui
amore Dei: quemadmodùm in rebus natura
forma corrumpitur per generationem alterius.
veritatem ſuo nos docuit exemplo Chriſtus D. N.
do tentatus à Dæmone per authoritatem ſacræ
ræ, reſpondit & vicit per authoritatem contrariam
verſis obrueris paſſionibus ſuperbiæ, deſperatione
contrarios elice actus humilitatis, cõfidentiæ in Deo
1. Cor.10. ſicque non tantum non perdes, ſed facies, ut inquit
ſtolus, *cum tentatione proventum.*

CA

# CAP. IV.

## *De conditionibus perfectæ Mortificationis.*

MOrtificatio, ut ſit perfecta, debet eſſe totalis, continua, hilaris, devota & perſeverans. Primò, totalis, quæ complectatur totum hominem, nec ullam in homine relinquat partem immortificatam. Et hic erat ſenſus Apoſtoli, quandò dicebat: *Mortificationem IESV in corpore noſtro circumferentes.* Undequaque mortificatione cingendi & circumdandi ſumus, à dextris & à ſiniſtris, ab imo ad ſummum uſque. Si quæ pars relinquatur immortificata; ſi quis affectus dominetur inordinatus, ſufficiens eſt ad turbandam totam pacem animæ: *eſt Remora mentis*, ait S. Gregorius, nam retardat & impedit progreſſum animæ in via ſpiritus. Parvi momenti res eſſe videtur, ait S. Chryſoſtomus: *Calceare calceum pede majorem*, nihilominus tibi obſtaculo erit in inceſſu & progreſſu: *Sed non tolerabis, te enim ad greſſum impedit: ſic domus neceſſitate major ad cœlos tranſitum impedit.* Et ut aſſequaris hanc primam mortificationis conditionem, ſecundam, ut ſit continua, acquirere ſatage.

2. Cor. 4.

Hom. 2. ad pop. Antioch.

Secundò, mortificatio, ut ſit perfecta, debet eſſe continua. Audi Apoſtolum: *Mortificationem Ieſu ſemper in corpore noſtro circumferentes.* Semper nobis incumbit mortificatio, quia ſemper ſumus in conflictu, ſemper impetimur à noſtris inimicis, nunquàm propterea deponenda ſunt mortificationis arma. Et ut eò melius capias, quâ ratione id faciendum ſit, adverte, duas mortificationis dari ſpecies: Una eſt negativa, quæ prohibet omnem inordinationem affectuum & paſſionum: & hæc exercenda eſt *ſemper, & ad ſemper*: etenim ſemper nobis rectè operandum eſt, nunquàm permittendus aliquis actus malus & inordinatus. Sic etiam mortificatio debet eſſe continua circa conſolationes & commoditates corporales; excludendo omnes, ſolum admittendo

2. Cor. 4.

neceſſariam pro ſuſtentaculo vitæ. Legitur de
*S. Herm.* Hermanno, quod fugerit omnem diligentiam,
*Surius.* ſuperfluitatem in commoditate corporis, nec
quàm admiſerit conſolationem : & cùm ab eo
peteretur cauſa, dicere ſolebat : *Ieſus prohibuit,*
*permittit: prohibuit verbo, non permittit exemplo.*
optima regula : fugere & abhorrere omnia
ctamenta, veluti ea fugit & abhorruit Christus,
luti docuit ea eſſe fugienda & abhorrenda. Altera
tificationis ſpecies eſt poſitiva , quæ fit per
carnis afflictivas, & hæc exercenda eſt *prolocò*
juxta vires & directionem Patrum ſpiritualium,
prædictum eſt. Unde pro praxi tria omni cum
obſervabis. Primum eſt, habeas pœnitentias
ſecundum dictum modum determinatas. Secundum
adſit quoque mortificatio & pœnitentia interna
tiarum , paſſionum & ſenſuum, quæ eſt pars
tionis externæ , ſemper & omni tempore. Tertium
promptus ſis & paratus ad ſuſcipiendas quaſ
mortificationes, quæcunque foris tibi obvenerint,
tando, verum eſſe, illas, utpotè prædeſtinata
media, venire è manu Dei : *Omne, quod applicatum*
*Ecclef. 2. 4.* *fuerit, accipe,* conſulit tibi Spiritus ſanctus ubi
*Hugo.* Hugo: *Si adverſitas, medicamentum: ſi proſperitas*
*ficium : & pro utroque debes Deo gratias agere.*
*Balth.* ſunt mortificationis fontes, ſolebat dicere
*Aluar.* gnæ ſanctitatis Pater è ſocietate Jeſu, & omnes
nati ſunt primo fonti , ac primæ cauſæ , quæ eſt
primus, *tempus, ſecundùm viciſſitudines frigoris &*
ſecundus, *mundus, ſecundùm contradictiones &*
*tiones*: tertius, *Corpus, per infirmitatem, famem,*
quartus, *Proximus, per morum diverſitatem:*
*Spiritus, per ariditatem & deſolationem.*

Et quandò hæ mortificationes nobis adveniunt,
ſuſcipiendæ & acceptandæ ſunt non modò lubenter
& lætanter , veluti dona & gratiæ è manu Dei.
terque ſtandum eſt in illis generoſorum inſtar
nec unquàm fuga capienda eſt. Hæc eſt cauſa,
*S. Cathar.* S. Catharina , cur pauci proficiant in perfectione,
quod non acceptent, ſed fugiant mortificationes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dei procedentes. Quare in praxi, quamprimùm tibi
obvenit aliqua mortificatio, de tali gratiâ gratias age
Domino, & in Divino ejus conſpectu tanto favore a-
gnoſce te indignum, amplexare tribulationem iſtam
veluti pretioſam & Divinam. Verum, ut modo jam
dicto continua ſit mortificatio.

Tertiò, hilaris ſit, neceſſe eſt, curando, ut in eâdem
perferendâ perſentias gaudium quoddam Beatitudinis,
ſi non in voluntate, ad minùs in intellectu, per conſide-
rationem ſummi boni, quod per eam acquiritur.
*Idem eſt motus*, docet S. Thomas, *medij & finis.* S.Tho. 1.2.
Igitur eadem cordis plenitudine, *ex toto corde*, ex totâ q.12. a. 4.
animâ: eodem jubilo & conſolatione, quâ contem-
plamur finem gloriæ, conſiderandum eſt medium morti-
ficationis: *Omne gaudium exiſtimate fratres*, quandò, Iacobi ep.
nempè, variis affl ctabimur tentationibus & mortifica- 1. c.
tionibus. Et ſi mortificatio continet *omne gaudium*,
abs dubio continebit *omne bonum*, ac proinde noſtra
erit beatitudo in terris, juxta oraculum Chriſti:
*Beati, qui lugent: Beati, qui perſecutiones patiuntur.* Matth. 5.
Verùm hæc lætitia & hilaritas conjuncta eſſe debet cum
devotione, propterea:

Quartò, devota debet eſſe mortificatio, munita con-
tinua memoria Paſſionis Chriſti, & Mariæ Virginis
juxta crucem ſtantis, uti ſupra dictum eſt, & cum hac
obtinebitur.

Quinta & ultima proprietas mortificationis, quæ
eſt, ut ſit perſeverans uſque ad mortem. Audi Ber-
nardum: *Quid prodeſt Chriſtum ſequi, ſi non con-* S. Bern.
*tingat conſequi? Ideò Paulus ajebat: ſic currite, ut* epiſ. 254.
*comprehendatis. Ibi Chriſtiane fige tui curſus metam,
ubi Chriſtus poſuit ſuam. Factus eſt, inquit, obediens
uſque ad mortem. Quantumlibet ergò cucurreris, ſi
uſque ad mortem non perveneris, bravium non appre-
hendes. Bravium Chriſtus eſt. In Chriſtianis*, ait Epiſ. 19. ad
Hieronymus, *non quæruntur initia, ſed finis*: non Cor.
ſufficit vivere, ſed oportet vivere & mori in cruce.
Hæc ſit ſors noſtra, hæreditas noſtra, conſolatio noſtra.
*Neminem audiamus, fratres*, conſulit S. Bernardus,
*non*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Serm. 1. de Paſch.

*non carnem & ſanguinem, non ſpiritum quem... ſum à cruce ſuadentem.* *Perſiſtamus in cruce, ... mur in cruce: deponamur aliorum manibus, ... levitate.* *Caput noſtrum depoſuere viri juſti, ... dignatione ſuâ Angeli ſancti deponant.* Sicque ... crimus, nos fore tranſituros à Cruce ad ... à mortificatione momentanea ad conſolation... æternam, à morte ad vitam, quam nobis ... concedat DEUS.

Amen.

*DEO Laus honor & gloria.*

Finis primæ partis.

# INDEX

## Capitum & Materiarum, quæ hac prima parte Itineris Cæleſtis continentur.


Quomodo quilibet poſſit ac debeat ſe continere in continua præſentia Dei, oſtendit exercitium primum, pag 1

Caput. 1.

De neceſſitate præſentiæ Dei. 2

cap. 2.

De Vtilitate ejuſdem. 4

cap. 3.

De modo exercendi & practicandi in genere præſentiam Dei. 6

cap. 4.

De præſentia Dei per viam luminis naturalis fidei. 8

cap. 5.

De præſentia Dei per viam luminis ſupernaturalis. 11

cap. 6.

De præſentia Dei in interiori domo animæ. 15

Domus interioris cubicula tria, primum, ſecundum, & tertium. 15

Exercitium ſecundum Divini amoris.

Cap. 1.

De cognitione, quam ſupponit amor Dei. 19

cap. 2.

De objecto Divini amoris. 22

cap. 3.

De Bonitate Dei. 27

cap. 4.

De pulchritudine Dei. 25

cap. 5.

De modo contemplandi Divinam pulchritudinem. 27

cap. 6.
*De contemplatione ſuavitatis Dei.*
cap. 7.
*De natura amoris Dei.*
cap. 8.
*De actibus Divini amoris.*

Varii modi exercendi Divinum amorem.

cap. 9.
*De primo modo exercendi Divinum amorem per viam ... titionis.*
cap. 10.
*De ſecundo modo per Viam cooperationis.*
cap. 11.
*De tertio modo per Viam exempli.*
cap. 12.
*De quarto modo amandi Deum per viam deſiderii.*
cap. 13.
*De quinto modo praxis amoris Dei per viam gaudii.*
cap. 14.
*De ſexto modo per Viam laudis.*
cap. 15.
*De ſeptimo modo per Viam conformationis cum ... Divina.*
cap. 16.
*De octavo modo per Viam pacis.*
cap. 17.
*De nono modo per Viam orationum jaculatoriarum.*
cap. 18.
*De decimo modo per Viam amoris ſuiipſius.*
cap. 19.
*De undecimo modo per medium odii ſuiipſius.*
cap. 20.
*De ultimo modo per medium amoris proximi.*

Exercitium tertium conformationis Voluntatis humanæ cum Divina.

Cap. 1.
*De natura conformitatis hujus, nec non de rationibus eandem nos obligantibus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cap. 2.
*effectu hujus conformitatis.* 68
cap. 3.
*objecto hujus conformitatis.* 69
cap. 4.
*De fine conformitatis cum Voluntate Divina, nimirùm, de recta intentione.* 77
cap. 5.
*Qua ratione omnis propria Voluntas fugienda ſit.* 82
cap. 6.
*De conſolatione & gaudio, quod percipit Dei executurus voluntatem.* 83
cap. 7.
*Quod voluntas Dei facienda ſit in terra, uti ſancti angeli eandem exequuntur in cœlo.* 85
cap. 8.
*De actibus Virtutum exercendis in praxi conformitatis cum Voluntate Dei* 87
Exercitium quartum De Divina Sapientia.
Cap. 1.
*De natura Divinæ ſapientiæ.* 94
cap. 2.
*De modo aſſequendi Divinam Sapientikm.* 97
Exercitium quintum De Methodo vivendi ac moriendi inſtar martyris JeſuChriſti.
Cap. 1.
*De excellentia martyrii mortis & ſanguinis.* 103
cap. 2.
*De diſpoſitione ad martyrium.* 106
cap. 3.
*De modo pugnandi & vincendi in martyrio.* 107
cap. 4.
*De martyrio patientia.* 124
Exercitium ſextum De Oratione.
Cap. 1.
*De neceſſitate orationis.* 121
cap. 2
*De modo meditandi.* 128

Exer

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Exercitium ſeptimum De Mortificatio

Cap. 1.

*De neceſſitate & excellentia mortificationis.*

cap. 2.

*De gradibus mortificationis.*

*De primo gradu, qui eſt mortificatio corporis.*

*De ſecundo gradu, qui eſt mortificatio ſenſuum.*

*De tertio gradu, qui eſt mortificatio paſſionum.*

*De quarto gradu, qui eſt mortificatio memoriæ.*

*De quinto gradu, nempe, de mortificatione intelle*

*De ſexto gradu, videlicet, de mortificatione volun*

*De ſeptimo & ultimo gradu, nimirum, de morti ſpiritus.*

cap. 3.

*De mediis ad aſſequendam mortificationem.*

cap. 4.

*De conditionibus perfectæ mortificationis.*

FINIS.